


4^o Incun.

125^a

Inc. 125 a

Hain 1886



1779.

P. H. C. R. in Steuerberg.

18 x

Collegij Beyberg

**FRANCISCVS NIGER DE
MODO EPISTOLANDI**

Opusculum epistolarum familiarium & artis earumdem scribendi: maxime
in generibus uiginti. Ad quae tamē singulæ quibus nunc utimur species dedu-
cuntur. Suntque genera ista uidelicet.

epistola commendatitia.

epistola petitoria.

epistola munifica.

epistola demonstrativa siue laudativa & uituperativa.

epistola eucharistica siue regratiatoria.

epistola amatoria.

epistola lamentatoria.

epistola consolatoria.

epistola expositiva.

epistola gratulatoria.

epistola exhortatoria.

epistola dissuasoria.

epistola inuestiva.

epistola expurgativa.

epistola domestica.

epistola communis.

epistola iocosa.

epistola commissiva.

epistola regia.

epistola mixta.

Horum autem generum quodlibet suas habet species: ut locis suis
in sequentibus studiosis horum patebit lucidissime.



Opusculum Scribendi Epistolas Francisci Nigri Incipit Fœlicitate.

FFranciscus Niger: Venetus: Doctor: Clarissimo uiro: Jacobo geroldo: Styro
Enitselfeldensi: Patauini Gymnasii Moderatori excellētissimo: Acutriusq; uir
tutis cultori Fœlicitatem.



Vma Pōpilius: q; post Romulū secūdū: Roma/
ni regni Monarchiā: Regiosq; fasces fœlici sidere
cōsecutus est: licet cū in sabinis esset solitudinem
tantū: uniusq; egeræ suæ: cæteris spretis: cōfabu/
lationē delegisset: nec unq; populari se iſtituto mi/
scere uoluisset: ad summū tamē regni apicē deue/
ctus: gd unicuiq; gētis suæ ordini necessariū fo/
ret: ſuma ſemp uigilātia exeq; curauit. Vnde & ro/
mani moris & uetustatis iſtaurator ē appellatus:
& post mortē diuīo (ut credit) ſtēmate donatus.
Hoc tu cōſiderās: Iacobē gerolde uir clarissime: li/
cet ſupioribus anis: dū priuatā uitā ageres: tuæ tā/
tū utilitati primū iſudās: ut, ſtoicū uirg; decebat:

impres
ptim

bonaq; omniū artiū ſtudio iſulgeres: nec alienis i negociis ſpeditū eſſe delecta/
ret: ne odiſſus uidereris alioq; cēſor fieri uelle. Cū tamē ad honoratā iſtā mo/
derationē tuā primū aſcēdisti: in q; nō tātū uidebas: tibi iuriſ utriuſq; modera/
mina uſcipiēda eſſe: quo te duce facilius ad eius apicē poffēt uiri ſtudioli per/
tingere. Sed cū etiā multi occurrerēt: qui hoc i humili dicēdi genere: quod fa/
miliare dicimus: faq; arduū quoddā munus aggressuri: difficultes uidebatur pos/
ſe pſicere. Tu ſane illoꝝ laborē miferatus: qbus maxime necessariū fore uide/
bas: ſi ad iuriſ tam diuini q; humani anfractus cōtenderēt: nō ſolū oratoriā illā
ſublimeq; facūdiā haurire: ſed hāc quoq; iſeriōre: ex cuius uestigio ad illā facili/
or ſit cōſcēſus: Me rogaſti: ut qui hoc i gymnaſio tuo publicas humanitatis le/
ctiōes pſiterer: humanū etiā hoc negociū tuo amore uſciperē: quo & tibi gra/
tificarer: & ad hoc familiare ſcribēdi genus aspirātibus meo labore pdefiſem.
Ego aut̄: qui tuis i me plurimiſ maximisq; beneficiis: tibi adeo deuictus ſum:
ut ſi uitā etiā pro tua dignitate effundā: uel minimā adhuc nō uidear meritoꝝ
tuog; partē aſſecutus: ut tuæ morē gererē uolūtati: ſtudioſiſq; iuueniō: meo
laboro aliqd emolumēti aſſerrē: familiarē quādā ſcribēdi arte reppire conatus
sum: lōge qdē ab illa forenſi & graui ſemotā. Quā cū in unū corpus redigifſe:
ad te uir itegerrime bonis auibus mittere decreui: qui cū ſemp bonaꝝ artiū
ſtudioſiſ extiteris: qbus nō minus ipſe ſplēdoris reddere ſtudiuſti: qillæ tibi:
cūq; ſemp doctos uiros adeo excolueris: ac piētissime cōplexuſ ſiſ: ut te utriuſ
q; uirtutis parētē ois merito academia iam appellare nō dubitet: mihi dignus
uifuis es: cui opusculū hoc noſtrum cōmēdareſ: ut illuda maliuog; morsibus
tuereris. Ad te igis ueniētē uſcipre libellū: & iter reliquos codices tuos: quos &

A ii

plurimos & doctissimos in celeberrimam bibliothecā tuam undiq̄ collegisti:
hūc quoq; nostrū: tanq; illog; seruulū collōcato. Non enim idignum erit: inter
tot sapientissimos uiros: quoq; monumēta splēdidissimo pluteo tuo seruātur:
famulatē quoq; nostrū accedere codicillū: cui scio utrāq; fœlicē seruitutē futu
rā. Opus autē ipsū facile cōsequemur: si primo epistolāe genera declarabimus:
ad quæ singulæ: quibus nūc potissimū utimur: species deducūt. Secūdo si clau
sulāe ad tales epistolās facietiū: elegatiā breuiter exponemus. Postremo si uni
cuiq; uiroq; ordini accōmodatos titulos: unico tanq; axiomate absoluemus.
Sed iā bonis aiibus susceptæ puiciæ: nostrīq; iſtituti sumaſ exordiū.

CFrācīchi nigri ueneti doctoris: pro nouitiōe adolescētiū: ad pedestre oratio/
nē aspiratiū utilitate: Clarissimo uiro: Iacobo geroldo: Styro: Cnitfeldēsi: pa
tauini gymnasii moderatori excellētissimo: ac utriusq; uirtutis cultori: iſch/
nos dicēdi modus: pientissime sacratus: ichoat.

Praefatio.

Cribendāe epistolāe initiū licet multi uariis cau
sis ascribat: illud ego tamē uerius existimauerim
quod in turpilianis fabulis uetusſiſſimis memo
riæ traditū accipimus: non alia. s. de causa epistolā
fuisse repertā: nisi ut abentes amicos hoc tātu re
medio presentes redderemus: eorūq; litteras stu
entes: iteruallo locoꝝ ac tempore interpolatā ali
quātis per amicitiā iſtauraremus: quæ cū potissi
mū in diuturna cōſuetudine fundamenta facere
soleat: ea prætermissa: non paꝝ quidē labefactari
uideſ. Diuinā igīt nō imerito epistolā appellaue
rim: quæ diuino fungens officio: diuinū quoq; in
nobis opus efficiat.

Epistolāe diffinitio: genera: ac spēs: cū suis regulis & exēplis. Libellus primus

EPistola est oratio pedestris: quæ abentes amicos præſentes facit:
tā ad uoluptatē: q; ad utilitatē tū publicā tū priuatā: diuinitus ex/
cogitata. Epistolāe autē genera sunt uigiti: primū ſcilicet cōmen
datitiū: ſecūdū petitoriu: tertīū munificū: quartū demōſtratiū:
quītū eucharisticū: ſextū amatoriū: septimū lamentatoriū: octa
uum cōſolatoriū: nonū expositiū: decimū gratulatoriū: unde
cimū exhortatoriū: duodecimū diffusatoriū: tertīū decimū iuectiū: qntū deci
mū expurgatiū: qntū decimū domesticū: ſextū decimū cōe: decimū ſeptimū
iocoſum: decimū octauū cōmiſſiū: decimū nonū regium: uigesimū & ulti
mū mixtum.

CComendatitium genū. Caput primum
Ommēdatitiū genū est illud: qđ fit i alicuius certæ pſonæ cōmē
dationē: ad demōſtratiū uel iudiciale causā accōmodatiū: huius
autē generis spēs ſunt duæ. Vna. ſ. epētica. Altera uero dicaanica.



Com̄mendatitia

Epētica

Dic̄eanica

Civilis

Criminalis

Epētica ep̄stola cōmēdatitia ē illa: q̄ scrib̄ i alicuius certæ p̄sonæ cōmēdationē:
p aliq̄ dignitate cōsequēda. Cuius ep̄stolæ talis ē regula. Regula.

Si cōmēdatitiā ep̄stola quæ epētica dī scribere uoluerimus: illā i partes q̄tuor
diuidemus. In q̄z prima ab ea p̄sona beniuolentiā captabimus: ad quā scribi-
mus: laudāt̄es illā uel a liberalitate siue munificētia: qua i oēs utiſ: unde nobis
maxima exoriaſ fiducia ad ipsā ueniēdi: cū spe id facile obtinendi quod cupi-
mus: uel etiā ab alia uirtute: & maxime ab illa: cuius est is plenus: quē cōmēda-
re uolumus: dicētes eā p̄sonā semp̄ suisſe assuetā talibus uiris fauere: cu ip̄sa ex
eoꝝ numero sit. In secunda uero beniuolentiā captabimus ab eius p̄sona quā
cōmendare itendimus: ipsā maxime laudāt̄es: dicentes quoq; ipsā ppter uir-
tutes suas oībus eē gratissimā: & nobis p̄cipue: q̄ eius cōsuetudine diutius usi
fuerimus. In tertia āt̄ rē ipsā expōnemus: quā ip̄etrare cupimus: illā eē iustā ho-
nestā & facilē arguētes: & ex q̄ maximū sit honorē cōsecuturus ille: ad quē scri-
bimus: si uoluerit illi amico nostro fauere: quē cōmendamus. In ultima uero
pte uel aliquod p̄miū pollicebimur: uel potius p̄petuā seruitutē n̄am offere-
mus: si quod petimus cōsequi poterimus: dicentes q̄ q̄cqđ i ipsū amicū factū
fuerit tanq̄ in nosip̄sos factū existimabimus.

Propositio.

Commendetur: Cæſar sempronius: pro equeſtri dignitate consequenda.

Exemplum.

pars 1

Nō auderē iuictissime cæſar tā familiariter ad maiestatē tuā scribere: ne temeri-
tatis uitio notādus essem: niſi te oīum humanissimū oīumq; adeo benignissi-
mū esse perspicere: ut eos etiā: quos nunq̄ uideris nō cesses in dies tua tibi be-
neſicentia deuīcire: unde fit: ut ego quoq; ad te uenire nō dubitē: cū ſūma ſpe
id obtinendi: quod a te potissimū ip̄etrare cupio. Sempronio nanq; uiro stre-
nuissimo multos annos utor ualde familiariter: qui & ſuo ſplendore: & utri-
usq; uirtutis iſignibus: omni populo modo adeo gratus eſt: ut quē illi p̄fe-
rat: habeāt p̄fecto meminē. Is enim cū annis exactis: hac in expeditō tua pan-
noniæ multa quidē atq; præclara de ſe ſtrategemata præſtiterit quibus apud
oēs milites tuos maximā ſibi gloriā cōparauit: emeritus nunc miles in patriā
quietē reuerti cupiens: uellet meritā militiæ ſuæ laureā cōsequi: p̄ide me ex-
orauit: ut eu ſuæ maiestati cōmendarē. Ego igī: qui eius petitionē iustā eſte &
honestā uideo: ut iſ. l. digno labore ſuorū p̄mio cōdoneſ: quo reliqui magis ad
uirtutē accendanſ. tu ſuæ illū iuictissimæ maiestati ſūmopere cōmēdo: ut cū eu
militari ſtēmate decoraueris: & meā itelligat cōmēdationē nō ſuisse uulgarē:
& tibi ſimortale ḡam ſit habiturus. Vale.

Dic̄eanica ciuilis.

Dic̄eanica ep̄stola cōmēdatitia eſt illa: quæ ſcribitur in alicuius certæ perso-
næ cōmēdationem: pro aliquo negotio expedieō. Hujus aut̄ ep̄stolæ ſp̄es

A iii

Sunt duæ:una scilicet ciuilis:& altera criminalis.

Dicæanica epistola cōmendatitia:quæ ciuilis dicitur:est illa:quæ scribitur in ali
cuius certæ personæ cōmendationem:pro aliqua forensi causa expedienda:cu
ius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si cōmēdatitiā epistolā dicæanicā:q̄ ciuilis dī:scribere uoluerimus:illā silf̄ i par
tes q̄tuor diuidemus.In q̄ & prima beniuolentiā captabimus ab ea psona:ad
quā scribimus:laudātes ipsā a sūma iusticia & æqtate:dicētes q̄ id nobis ma
ximā spē fuisse exortā:q̄ amici nři cām cōmēdatā suscipiet.In secūda uero be
niuolētiā captabimus ab ea psona:quā cōmendare uolumus:laudātes ipsā ab
omni uirtute:quam ei poterimus tribuere:& dicētes:q̄ pppter tales uirtutes
suas nō solū nobis:sed etiā omni populo sit gratissimus.In tertia aut̄ beniuolē
tiā captabimus ab ipsa re:de q̄ scripturi sumus:laudātes ipsā a iusticia & æq̄ta
te:a facilitate & amplitudine:& ab utilitate:dicētes maximū iudici futuře ho
norē:si eā suscepit expedīdā.In ultima uero pte petemus quod ipetrare irēdi
mus:dicentes primo amicū nřm maximā spēm h̄rē:q̄ pppter amorē nostrū
sit ei cōmēdatus:deinde rogabimus:ut hæc spes eū nō fallat:pmittētes aliquod
p̄miū:ut i p̄cedēti epistola tactū est.

Propositio.

Commendetur iudici pomponius:pro forensi negotio suo expediendo.

Exemplum.

par*s*

Tāta est iusticia & æqtas tua excellētissime iudex:q̄ nō mihi solū:sed oībus etiā ci
uibus istis notissima ē:ut sine alterius patrocinio uiri:possit q̄s q̄ trepidus ad
tecōfugere:cū sūma ac certissima spe:etiā cōtra acerrimos aduersarios suos ui
ctoriā obtinēdi.Vnde ppter amorē ac bēiuolētiā illā:q̄ iter nos uterq; nřm de
uictus ē:nō mediocris etiā mihi fiducia suggerit q̄ si aliquē tibi l̄fis meis co
mendauero q̄ iuste ab aduersario opprimaf:æq̄ssimū illi fauorē tuū p̄stabis.
Cū igif Pōponio uiro optimo p multos annos utar familiarissime q̄ singulari
uirtute sua:oībus q̄gratissimus ē:cuius uirtus nō obſcuro nec uario sermone:
sed & clarissia:& una oīum uoce p̄dicat.Cūq; is magna qđā negocia & āpla &
expedita h̄at corā excellētia tua pagēda:& ex q̄bus magnū posset & honorē &
decus cōseq:me rogauit:ut eius tibi h̄ac negocia uelle p̄ l̄fas cōmēdere.Cōfi
dēs se l̄fis istis apud te gratiōsū fore.Ego igif:q̄ talē uir maxie diligo:cū pppter
eius uirtutē:tū maximā p̄bitatē:eius cās tibi sumope cōmendo:rogoq; ut oī
bus i rebus eū ita tractes:ut itēlligat amicitia nřam iter nos aliqd ualuisse:cui
i p̄petua erit seruitute deuictus.Vale.

Cdicæanica criminalis.

Dicæanica epistola cōmendatitia:quæ criminalis dicitur:est illa quæ scribitur i
alicuius certæ personæ cōmendationem pro aliqua criminali causa expediens
da:cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si cōmēdatitiā epistolā dicæanicā quæ criminalis dī:scribere uoluerimus:illā
silf̄ i partes q̄tuor diuidemus.In q̄ & prima nō amplius apte:sed occulte beni
uolētiā captabimus p̄ iſinuationem:laudātes primo psonā illā ad quā scribi

mus: dicentesq; illam penitus abhorre ab illo uitio: cuius fuerit notatus ille
quē cōmēdare uolumus, deinde dicētes: nobis etiā sūmōpe displicere quod ta-
li uiro obiicif: aggrauātes illū quātū poterimus. In secūda uero dicemus q; li-
tet sup hac re deliberauissimus: nihil penitus scribere: tamē cōsiderātel bonū
aliquod uel utilitatē publicā seu priuatā: quæ posset ex tali uiro procedere: cū
excepto hoc uitio: cuius iſimulatus ē: alias sit bonus & honestus: conabimur
ipsū paulatim laudare: cōcludētes: q; hō nō res sit iſpicienda. In tertia autē ei
oībus uiribus nřis talē uirū cōmēdabimus: exponētes quāta sit inde utilitas
secutura. In ultima uero offeremus. ipsū nō amplius esse talia factū: sed po-
tius semp uirtutib; & bonis opibus uacatug; offerētes similē & operā nřam
& talis uiri nunq; illi: ad quē scribimus esse defuturā.

Propositio.

Cōmendetur Cælari Milo: q; quis Clodium interemit: a capitī tamen multa
liberetur.

Exemplum

Pars

Noui Cæsar iuictissime: q; tū semp ab ineunte aetate ab omni penitus scelestō fa-
cinore fueris alienus: ita ut nullū nunq; uolueris flagitosū uige in hac tua ciui-
tate coalescere: & illū præcipue: qui ab omni pietate semotus: in pprios cōci-
ues suos parricidiū cōmittere ausus fuerit. Vnde & ego quoq; nō solū homi-
cidas a me penitus alienos feci: sed eos tanto magis abhorri: q;to crudeliores
sunt in pturbāda hominū societate: quæ semp ab oībus mirifice tutanda est.
Hinc effectū erat: ut nullo pacto uellē: etiā rogatus: in Milonis fauorē ad tuā
maiestatē scribere: nisi me cæteræ eius uirtutes coegissent: quæ tot & tantæ
snnt: ut eas uix numerare audeā. Is. n. excepto hoc facinore: quod etiā iuitus
patravit: tāta semp fide in rempu. nostrā usus est: ut s̄epissime pro eius salute
seruāda nō opes solū: sed & ppriū sanguinē exponere nō dubitarit. Quod cū
mecū ipse cōsidero: nō mihi uidef hoc casuale facinus tātag; uirtutū præmia
abolere debere. Tuā p̄ide maiestatē exoro: ut nō rem sed hominē ipsū inspici
ens: tāto uiro dignet ueniā præbere: qui & nunq; deinceps in tale facinus est la-
psurus: & pro te: ut semp antea fecit: animā ipsā: si opus fuerit: est libentissime
expositurus. Vale.

Petitorium genus

Caput II.

Etitorū genus ē illud quod fit p̄ alicuius certæ rei ipetratōe: quæ uel
in aliqua ḡra cōsequēda: uel i aliquo munere obtinēdo cōstituta ē: hu-
ius igit generis sp̄s sunt duæ. Vna scilicet gratiæ. altera uero rei.

Petitoria.

Gratiæ. Rei.

Petitoria epistola ḡræ ē illa quæ ad aliquē amicū scribis p̄ alicuius rei scorporeæ
ipetratione: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

S i petitoria eplām ḡræ ad amicū scribere uoluerimus: uel i doctrīa: uel i cōsilio
seu i aliquo p̄ocinio ipetrādo: i qnq; p̄tes talē eplām diuidere debemus: i q̄g;
prima oportebit nos datis facultatē declarare: ne forte se excusare possit q; si q-
ret id faceret: i scđa uero petitōis nřræ honestatē & iustitiā ostēdemus: ne for-
te si excusas

amicus ille ad quem scribimus: diceret se facturum si æquum esset. In tertia aut rei petitæ modum: & facilitatē aperiemus: ut eo libentius ea cōsequamur: quo facilius fieri poterit. In quarta uero premiū pollicebimur: uel in aliquo p̄cio cōstitutū si mercenaria fuerit persona: uel potius in seruitute perpetua offrenda: ut bonū uirū decet. Propositio aut. quæ quīta pars est: his superioribus partibus iterū cīcē ubi aptior esse uidebis.

Propositio.

P etatur a Cicerone patrocinium: in causa ualerii: quā corā iudicibus acturus est.

Exemplum

pars i

I ncredibilis illa facundia tua: Marce tulli: quæ in oīum oculis mirifice elucescit: ita ut nullū præter te: cēseat ciuitas nostra: oratorē habere: qui & in foreſibus causis sapientia: iusticia: & æquitate utar: & ī cæteris rebus peragendis: nō mi- nus sibi apud oēs splendoris & gloriae adiiciat: me nūc potissimum ad te uenire cōpellit: cū sūma fiducia id cōsequendi: quod animus meus exoptat. Est nāq; mihi cū aduersario meo iustissima quædā cōtrouersia: q; cum ab eo heradi- tate spoliatus sim: peto ut in eā uolēte sic iusticia reducar: ille aut nequissimo ī me animo perturbatus suis studet cauillatōibus me abilla remouere. Tuā iſtā in hoc casu sapiam requiro: quæ in senatu corā iudicibus orationē habitura: nō solū me ab his aduersarii caliditatibus absoluat: sed etiā ī optatā hereditatē īducat. Quod pfecto tibi facile futurū ē: si ad p̄pis mei testamētū aduerteris q̄ p̄ter oēs: me unicū sibi hæredē legauit: quis patrui mei caliditate urgēte: uide ar ab hac penitus hereditate alienus. Quod si feceris: ut spo: & opto: post legi- timā mercedē tuā: q̄ tibi a me liberalē exponef: me sp̄ hébis: cui tanq; minimo seruo posses ī oībus tuis uotis ac desideriis iubere. Vale.

C Petitoria rei.

P etitoria epistola rei est illa: quæ ad aliquem amicū scribif: pro alicuius rei cor- poreā ipetratōe: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

S ipetitoria epistolā rei ad amicū aliquē scribere uoluerimus: pro aliquo mune re ipetrādo: istā similiter epistolā in partes quīq; diuidemus. In q̄rē prima be- niuolentiā captabimus ab ea psona: ad quā scribimus: laudātes ipsā prius a libe- ralitate: deinde potissimum ab auctoritate illius rei cōcedēdā: quā petimus. In se- cunda uero demōstrabimus petitōis nostrā honestatē una cū sūmā ipsius rei petitæ necessitate sine qua uix facere possimus. In tertia aut ostēdemus tali ui- ro facile esse nobis illud tribuere: quod petimus: & in hoc loco aperiemus ipsi- us uiri facultatē: nō solū in tali re: sed etiā in maiore multo erogāda. In quarta præterea premiū aliquod pollicebimur: uel in precio cōstitutū: uel potius in aliquid seruitute: quæ animū nostrū gratū ostendat. Ipsam demū propositio- nem iter partes istas: prout nobis melius uidebitur: iterponemus: sicut in su- periore præceptum est.

Propositio.

P etamus a titio digestorum opus quod nobis maxime affectamus.

Exemplum.

pars i

N ouisemper Titi eē i genii tui cōditionē: ut ad uirtutem aspiratib⁹ uiris nō

opibus solū: sed etiā sanguine ipso: si opus foret: benignissime subuenires: hāc
 q̄ de causa nō mediocre tibi apud oēs nomē cōparasse: nec minorem quoq; a
 diis ḡam cōstitutam: qui te tot tātisq; opibus stipauerūt: ut facile etiā præter.
 hāc beneficentia tuā: possis oībus suppetias ferre. Hinc est: q; cum iā per multos
 annos iuri cæfareo operā præstē: ac nō possim ppter libroz; iopiā ad eius
 apicē peruenire: statuerim ad tuā opē cōfugere: sine qua aut nihil penitus hoc
 in gymnasio cōsequi potero: aut tādē ictēptā puiciā deserere cogar. Cū igif tibi
 bonis uitis & ad uirtutē anhelantibus tā facile sit opē subministrare quelle
 & posse: cū præsertim etiā multos tuā fidei cōmēdatos elimo (ut ita dixerim)
 ad cœlū usq; sustuleris: Tuā pinde beneficentia exoratā uelim: ut mihi digestū
 unū dignes elargiri quo ictēptū studiū pficere possim: & tibi nō mediocreglo-
 riā adiūgere. Quod si feceris ut spero & opto: tātī in me benefici tūi memoriā
 nulla unq; delebit obliuio: sed tibi potius si debitas ḡfas agere uel referre nō po-
 tero: sū tamē imortales habiturus. Vale.

Munificum genus est illud: quod sit pro alicuius certae rei errogatōe:
 quā uel i aliq; ḡra elargiēda: uel i aliquo munere cōdonādo: cōstitu-
 ta est. Huius igif generis sp̄s similiter sūt duæ: una, s. gratiæ: altera
 uero rei.

Munifica

Gratiæ rei

Munifica epistola gratiæ est illa: quā ad aliquē amicū scribis: pro alicuius rei in-
 corporeæ errogatōe: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

S imunificā epistolā gratiæ ad amicū aliquē scribere uoluerimus: uel i doctrina
 uel cōfilio: seu in aliquo patrocinio errogādo: illā in tres partes diuidemus. In
 quā; prima captabimus beniuolētiā ab ea persona: ad quā scribimus: demō-
 strantes: q; ppter amorem & beniuolētiā: qua in eā sumus affecti: deliberaui-
 mus talē ḡram ei cōferre: qualē ipse per litteras suas petuerit: uel qualē nos sci-
 mus ipsi esse necessariā. In secunda uero exponemus munus nostrū: quod ipsi
 amico uolumus errogare: ipsū q̄to honestius poterimus laudantes: ad hoc ut
 ipsi gratū sit ut ab ipsa re uideamur beniuolētiā nobis cōstituere. In tertia autē
 & ultima offereimus eidē amico operā nřam: i cæteris rebus q̄libetissime accō-
 modatā: dūmō possimus ei rē gratā facere: declarātes hoc eē amici officiū: ut i
 rebus oībus debeat alteri amico operā suā p̄bere.

Propositio.

P olliceatur Cicero patrocinium suum ualerio: in causa forensi: quam coram iu-
 dicibus acturus est.

Exemplum

A ccepi tuas litteras Valeri charissime: ex quibus intellexi quanto desiderio affi-
 ceris: ut tibi in controuersia tua patrocinii meū præstare uelim: quod pfecto
 me facere: cogit nō solū causæ tuæ iustitia & æquitas: quā oīum uiroz; bono
 rū auorē meritō consequi debet: sed etiā amor ille & beniuolēntia singularis:
 qua semper ab ineunte ætate in oēs tuos: in te; p̄cipue affectus sum. Tibi

proinde nō solū patrocinū meū in hac tua causa polliceor: ueg; etiā oēm offe/
ro fauore: quē amicissimus quis palteri debet amico coicare: ita ut nullū peni/
tus labore recusaturus sum: dū tibi gratificari possim: quod adeo libenter exe/
qui conabor: ut si res mea propria ageret: sed hoc melius fieri: q̄ scribi aut dici
uolo. In cæteris aut rebus: quæ per me tua gratia effici poterunt: offero meti/
bi in omnibus adeo deuotū: ut scias me nihil gratius exequi posse: q̄ quod tua
sensero gratū esse uoluntati: cui oēm operā meā: in oībus optatis tuis q̄liben/
tissime parata offero. Vale.

Munifica rei.

Munifica epistola rei est illa quæ ad aliquē amicū scribif; p alicuius rei corporeæ
erogatiōe: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

S i munifica epistolā rei ad amicū aliquē scribere uoluerimus: p aliquo munere
erogādo: istā silf̄ epistolā in ptes tres diuidemus. In q̄ p prima captabimus silf̄
beniuolentiā ab ea psona ad quam scribimus: declarātes: q̄ ppter amorem &
beniuolentiā: q̄ in ipsā simus affecti: deliberauerimus ei tale manus facere: q̄le
ipse a nobis p lfas petiuerit: q̄a maxime scimus ipsū tale donū non solū ei gra/
tissimū futur;: sed etiā maxime accōmodatum. In secūda uero conabimur oī/
bus uiribus nr̄is ipsū munus nr̄m cōmendare: cū oī tamē modestia & sapia:
ne uideamur: ipsū laudātes: de nobis iactāter log: & silf̄ i hoc loco conabimur
ostendere q̄ hoc tātū fecerimus ea de causa: q̄a sumus ualde iclinati ad oīa fa/
cienda: q̄ scimus tali amico nr̄o esse utilia & grata. In tertia uero & ultima offe/
remus silf̄ in cæteris rebus oēm operā nr̄am amico accōmodatā: dūmō scia/
mus illi gratificari: & aliqd emolumenti afferre.

Propositio.

Mittat titius digestoꝝ opus arcadio: quod ipse ab eo per litteras expoluerat.

Exemplum.

pars i

L itteræ tuæ: q̄s pximis diebus accepi: me adeo oblectarūt arcadi charissime: ut
iter cæteras molestias meas: hæc mihi maxima pfecto cōsolatio fuerit. Cū p/
cipue nihil aliud affecte: q̄ ut tibi me gratificari sentiā: & maxime cū uideo ian/
diu te lfas & bonag; artiu studio adeo deditū esse: ut quē tibi pferā: habeā pfe/
cto nemine: quod mihi tāto gratius est: q̄to maior est amor & beniuolentia: q̄
ite afficior: quæ te etiā idies exoptat in maiore uig; euadere. Quapropter cū a z
me p lfas easdē petieris digestoꝝ opus: ut eo facilius possis ictētu studiū pfice
re: quo maior tibi dabif cōmoditas studēdi: deliberaui a qdē desiderio tuo sa/
tissacere. Vnde expedito subito hoc nūcio: cui ad te lfas istas dedi: misi libentis
sime tibi opus: quod tātopere cupiebas: ut eo in tuis studiis adeo familiariter
uti possis: q̄ & tibi utilitatem maximā: & mihi non minorē leticiam adiūgat:
nā pfecto quāto magis te diligo: tāto maiore afficior cupiditate: te aliquādo
in huiuscemodi artiu nostrag; palestra uictorem uidendi. Si quid est præte/
rea: quod tibi gratū efficere possim & periucundū: tuū est præcipere: meū aut
exhilarī frōte mādata tua exequi: cui etiā omnem operā meā offero: in omni/
bus optatis tuis q̄libentissime accommodatam. Vale.

Demonstratiua genus.

Caput. III.

Emōstratiua genus est illud: quod sit in alicuius certæ personæ laudem uel uituperium. huius igitur generis species sunt duæ: una scilicet laudis: altera uero uituperii.

Demonstratiua



Laudis

Vituperii

Demōstratiua epistola laudis est illa quæ ad aliquæ amicū scribit: p alicuius psonæ cōmendatōe: cuius epistolæ talis est regulā.

Regula.

S i demōstratiua epistolā laudis ad aliquæ amicū scribere uoluerimus: uel ī eius laude: ad quæ scribimus: uel alterius psonæ de qua mentionē facere uolumus: illā in partes tres diuidemus: In q̄rum prima declarabimus: q̄ licet uires nostræ nō sint sufficiētes ad laudādū tātū uirg: quia eius cōditōes superant oēm modū scribendi: tamen ut faciamus officiū nō possimus nō aliquid scribere: & in hoc loco accipiemus illā excusationē: circa talē audaciā scribēdi quæ nobis uidebif esse cōuenientior. In secūda uero icipiemus ipsā personā laudare ab aliqua uirtute uel disciplina: quæ laudabilior sit ī tali uiro: quæ laudamus & etiā uniuersalibus clausulis utemur: dicendo eius cōditōes tales & tātas esse: q̄ non facile possimus tali stilo scribendi illas complecti. In tertia aut & ultima dicemus: nos uoluisse hæc pauca dicere: quæ quasi nulla sunt: respectu illog: quæ dici possunt: simul q̄ declarabimus: oīa hæc dixisse: nō assentatōis: sed ueritatis causa icitatos: & ut aliquātulū gratū animū ostēderemus erga talē uirg: quæ cōmendauius: offerendo similiter omnem operānostrā: ipsi amico penitus in oībus suis optatis paratā.

Propositio.

L audetur Callimachus uates: apud illustrissimum dominū ac senatū uenetū.

Exemplum.

pars

L icet bonus lōge meis uiribus īpar hodie suscepērim Serenissime princeps: uosq nobilissimi patricii: ut p̄ līras meas uobis callimachi uīi laudes exponerē: quæ tot & tātæ sūt: ut pfecto nesciā a qbus potissimū initiū suscepturus sim: quæ ue facile oēm dicendi scribendi q̄ facultatē superat: Est tamen officiū meū: qui eiusdē militiae disciplina teneor: hūc strenuissimū sapientissimūq̄ militē sumis laudibus extollere: q̄ etiā ibecillæ huic epistolæ meæ facile poterit cōueniens argumentū p̄stare. Est pfecto tale tātūq̄ Callimachi mei īgeniū: talis doctrina: ac rege pene oīum experiētia: ut pares admodum sibi paucos nīa uiderit ætas: q̄ tā i publicis: q̄ priuatis lectōibus suis tātæ ē huic gymnasio uestro utilitati: tāto splēdori & ornamēto: ut facile eo iſtituēte cetera italiæ gymnasia quæ humanā disciplinā p̄siteant: & superet & excellat. Sed nolle: diu i tāti uiri laudibus exponendis īmorādo: epistolæ modū nescius excedere: pide in aliud tps reliq nō scribenda: sed potius dicenda reseruabo: quo & fidei & ueritati iſseruiā: & uobis tātū uirg melius intelligendū noscendūq̄ prāstem: ui etiam ut ceteris laude dignis facere soletis: & gratiā & fauorem uestrū be-

hignissime tribuat. Vale.

Demōstratiua epistola uituperii est illa quae ad aliquē amicū scribit: p allicius certæ psonæ uituperatōe. Cuius epistolæ talis est regula. Regula.

Si demōstratiua epistolā uitupiā ad aliquē amicū scribere uoluerimus: in ali/ ius certæ psonæ uitupationē: illā silf i tres ptes diuidemus. In q̄e prima beni uolētiā captabimus a psona nostra: demōstrātes: q̄ nō uelimus scribere cōtra talē psona: eo q̄ naturaliter delectemur aliis detrahere: sed assignabimus aliq̄ rōnabile cām: ppter quā simus icitati ad talia scribēda. In secūda uero uitupa bimus ipsā psonā: cōtra quā scribere itēdimus: cū omni modestia & honesta te: ita ut nō uideamur hoc facere ppter odiū uel malignitatē: sed potius ppter ueritatē turādā: uel qa ipsa dū i supbia eleuaē: & neminē uult apud se pati: poti us digna est tali uitupatōe: ut deinceps defistat ab ista supbia. In tertia aut & ultimia excusationē capiemus cū ea psona: ad quā scribimus: si fortasse cū tali scri ptura aures suas offederimus: dicētes nos iō hæc ad eā scriplisse: qa intelligimus eius itegritatē: & iō uolumus sup his oībus eā iudicē cōstituere: offerendo nos ipsos & oīa nostra ipsi amico accōmodate.

Propositio.

Vituperetur Catilina apud Ciceronem: quia ipse in patriam coniurauerit.

Exemplum.

Nō ē cōsuetudinis meæ Cicero charissime: ut aliis detrahēdo: qđ plāriq; facere cōsueuerūt: mihi famā gloriā: cōparare studeā: & his p̄cipue: quoq; scelestā fa cinora mihi minus nocere possunt: imo & s̄aepius ab inimicis meis lacesſitus: ad ultimū usq; ppeſſus ſū. Sed cū uideā scelestissimū Catilinā: q̄ ſibi oēs ciues nīros ppetua q̄dā ſeruitute deuīctos exiſtimat: nō ſolū i priuatu bonū: ſed etiā i publicū scelestissime cōiurasse: nō poſſū me pēitus cōtinere: qn eius tibi ſcele ra apiā: ne fortasse diu occulta magis nocerēt. Scias p̄ide Cicero charissime: p ter reliq̄ huiuscē nebulaonis uitia: q̄ oībus pfecto notissima ſūt: hoc quoq; de terrimū adiūgi: q̄ dieq; noctuq; scelestissimus iſte carnifex oēs nefarios uiros ambit: ut eos i bonorē uiroq; pnicē iducat. hoc. n. oībus ciuib⁹ nīris adeo ma nifestū ē: ut ſole clarius eluceat: cū pſerti etiā publicis minis multos afficerit: qui eū tanq; uenenosū ſerpēt effugiat. p̄ide eradicadū eſſet hoc malū mi Cice ro: ne grauius iualeſcens offendeter. Nō ſcripsi hæc pfecto: ut aliquo i eū odio uel maliuolentia meæ ſatiffacerē: quā penitus ſemp abhorri: ſed ut te his re bus tanq; ſaeue & iudicem cōſtituens: iducerem tādem ad peſtem iſta ex noſtra ciuitate tollendam: tibi in oībus etiam operam meam offerens q̄libentissime paratam. Vale.



Cucharisticum genus. Caput. V.
Vcharisticū genus eſt illud: quod ſcribit ad aliquē amicū: in gra rū actionibus referendis: pro aliquo beneficio ſucepto: & huius gen̄ris ſpecies ſunt duæ. Vna ſcīſicet pro munere: Altera uero p benefitio.

Eucharistica
pro munere

pro beneficio

Eucharistica epistola p munere ē illa: q ad aliquē amicū scribit i grāge actōibus:
p aliq re corpore a elargita: Cuius epistolæ talis est regula. Regula.

S i eucharistica epistolā p munere ad aliquem amicū scribere uoluerimus: ut ei
grās meritas agamus: illā in partes tres p rīcipalē diuidemus. In q̄ē prima bē/
niuolentiā captabimus a re ipsa: quā ab amico suscepērimus: dicentes ipsā esse
tāti precii: q̄ nō facile possimus ei debitas grās agere. In secunda uero beniuo/
lentiā similiter cōstituemus a persona nostra: declarantes: q̄ uires nostrā nō
sint sufficiētes ad correspōdendū humanitati eius uiri: ad quē scribere itendi
mus: cū ipsa superet oēm modū dicendi siue scribendi. In tertia aut & ultima
tales grās referemus: q̄les poterunt uires nostrā: offerentes silē oēm operā no/
stram tali amico in oībus suis uotis paratā. Propositio.

G ratias agat titio arcadius: pro digestorum opere: sibi ab eo elargito.

Exemplum.

pars

Cū tui ī me muneris magnificētiā & liberalitatē cōsidero Titi charissime uideo
quātāe sint a me tibi gratiāe nō solū agendāe: uerū etiā referēdāe. Sed nō possūt
exiguā īgenioli mei uires hoc opus p ficerē: quod non solū ipsas exsuperat: sed
etiā facile oēm dicendi scribendi ue materiā uicit. Vnde quid mihi potissimū
faciundū sit: penitus ignoro: si enim a tali grāge actiōe discedā: i gratitudini mi
hi maximāe ascribendū erit: si uero grās agere tentauero: nec mente uerba se/
quenf: non minori uitio fortasse tribuendum: q̄ non possit animus meus sui
gratitudinē prāseferre. Cum igit̄ id assequi nequeā: quod cupio: ne ab officio
meo penitus discessisse uidear: illud saltē ad animi mei gratitudinē demōstrā
dū: ī genue p s̄itebor: me nō habēre: quo pacto p tāto in me beneficio tuo: tibi
meritas grās agā. Dabo tamē operā: ut si qua in re tibi p dēsse possim: nūq̄ labo
ribus uel uigiliis parcā: sed potius tāto libentius oēm tibi seruitutē meā deuo/
ueā: q̄to ī me fueris beneficētior. Vale. Eucharistica pro beneficio.

Eucharistica epistola pro beneficio est illa: quā ad aliquem amicum scribitur:
ingratiarum actionibus: pro aliqua re incorpore a elargita: Cuius epistolæ ta/
lis est regula.

Regula.

S i eucharistica epistolā pro beneficio ad aliquē amicū scribere uoluerimus: ut ei
meritas grās agamus: uel pro cōsilio: aut doctrina: seu patrocinio dato: illā silē
in partes tres diuidemus. In quāē prima beniuolentiā captabimus a nobis
ipsis: demōstrātes q̄ nesciamus: a quibus uerbis potissimum debeamus inci/
pere: ut pro tanto suscep̄to beneficio grās agamus: quia īgenii nostri uires nō
sint sufficiētes ad id peragendū. In secūda uero beniuolentiā cōstituemus ab
ipsa re: laudātes eā: quātū poterimus & dicentes ipsā nobis maxime suis
cessariā: & ideo accidisse gratissimam. In tertia aut grās agemus: quales poteri/
mus: demōstrātes animū nostrū ualde esse iclinatū ad oēm gratitudinem de/
mōstrandam: & in hoc loco similiter offeremus omnem operā nostram huic
tali amico q̄libentissime accōmodatam. Propositio.

Gratias agat ciceroni ualerius: pro patrocinio ipso in eius causa coram iudicibus.

Exemplum.

In certū est mihi pfecto Cicero: a quibus potissimum uerbis tibi gratias agā: pro tāto in me beneficio tuo: qui nō solū causam meā benignissime tutādā suscepisti: sed etiā illā facilimā qđē atq; citissima uictoria expediūsti: cū enī hoc tuū in me meritū cōsidero: deficiūt sane uires: quā se uident a tāta beneficētia tua superari. Sicut enī mihi necessariū erat hoc officiū tuū: quod me a multis qđē curis liberauit: ita & gratissimum accidit: & periucūdū: unde effici: ut maxime cupiā: pares tibi gratias referre. Sed cū hoc nostri nō sit opis: cuius perexiguū ē igeniū: illud tamē ad animi gratitudinē aperiēdā absoluā. **Q**uod cū imortale sit futurē in me hoc beneficiū tuū: imortales quoq; tibi gratias me coget habere. Nā pfecto nō solū referre. sed nec agere qđē audeo satis dignas: dedāq; tibi præterea oēm facultatē meā: oēm operā: meq; ipsū totū: cuius seruitutē uolo tibi perpetuo esse dicatā. Vale. **C**āmatoriū genus **C**aput VI. Matorium genus est illud: quod sit in amoris nostri demōstratiōe: ad aliquem amicū: quē amare cogamur: & huius generis species sūt duae. Vna scilicet honesta: altera uero turpis.

Amatoria

Honestā Turpis

Amatoria epistola: quā honesta dicitur est illa: quā ad aliquem amicū scribi: pro amoris nostri declaratiōe: quo honeste in ipsū fuerimus affecti: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si amatoria epistolā: quā honesta nūcupaſ: ad aliquā personā scribere uoluerimus: illā prialiter in tres partes diuidemus. In quā prima beniuolētiā captabimus ab ea persona: ad quā scribimus: laudātes uirtutem uel pbitatē suā: ppter quā dicemus omnes esse inclinatos: ad illū nō solū amadū: sed etiā obseruandū. In secunda uero declarabimus: q; etiā nos ppter talem istius uiri uirtutem: & optimas cōditiones simus iicitati ad ipsū diligendū. In tertia aut̄ quāto apertius poterimus: exponemus amore & beniuolētiā nostrā erga talē uige: & similiter in hoc loco ei offeremus omnē animū nostrū: i oībus suis uotis qlibetissime paratū. Rogabimusq; ut ipse etiā uelit eē talis animi erga nos: quia nos statuerimus penitus amicitiā istā ppetuā fore: quā etiā uolumus assidua cōsuetudine: & merito & alternatōe cōfirmari.

Propositio.

Exponat Curio amorem suum erga Ciceronem: quem summopere diligit.

Exemplum.

Tot & tātē sūt uirtutes tuā Marce tulli: quā passim clarissima omniū uoce p̄di canſ: ut oīum iudicio: tāq; fulgētissimum ſidū: iter nostrā ibecillitatis tenebras mirabiliter elucescas. Nā ut cætera omittā: quā i omniū oculis populog; te mirabilē efficiūt: nullus eſt qui nesciat: quāta eloquētia quātaq; dicēdi facūdia uales: ita ut pares admodū tibi paucos nostris tēporibus cōsecutus ſis. Taceo ſe-

tētiā grāuitatē illāq; icredibilē animi tui sapientiā quæ tibi īmortalitatē iam
debitā cōpauit. Taceo philosophiā utrāq; quæ nomē tuū adeo celebre reddi/
dit ut nullus sit: q Ciceronē: utriusq; uirtutis floribus uallatū:nō amet:nō ue/
neref:nō obseruet. Inde effectū ē: ut ego quoq; qui ab iētē x̄tate uirtuti sem/
p iūigilai: sim maxime ad te amādū icitatus: & licet tātī uiri amicitiā habere
adhuc minime promeritus sum: cupio tamē hoc mihi a diis īmortalibus po/
tissimū p̄x̄stari: ut quem oēs amā: colūt: admirātū: illius ego talē beniuolē/
tiā acquirā: qualē si mihi euenire s̄esero: habebo pfecto nō mediocres ip̄sis su/
peris gratias. Tibi igitur primū cordis huius ardorē offero: quē tu in omnibus
optatis tuis senties pfecto paratissimū: offero amicitiā: quæ nostra faciēt cō/
suetudine sit ppetuū tēporibus cōseruāda: ac mutuoq; beneficioq; alternatio/
ne cōfirmāda: quā si tu (ut spero) benigno corde suscep̄ris: dabo fane opera: ut
minime igratā tibi sentias. Vale.

C Amatoria turpis.

A matoria epistola: quæ turpis appellatur: est illa quæ ad aliquā amicam uel pul/
chram puellam scribitur ab amatore suo: pro amoris sui declaratiōe: cuius epi/
stolæ talis est regula.

Regula.

C Si amatoriā epistolā quæ turpis dī ad aliquā puellā scribere uoluerimus: illā
potissimū i partes quatuor diuidemus. In quā prima beniuolentiā captabi/
mus ab ea persona: ad quā scribimus: laudātes ip̄sa tripli laude: primo scilicet
a uirtute uel morali uel litterali: si litteris fuerit ibuta: scđo a genere si fuerit ge/
nerosa: uel a fortuna & diuitiis: si ex humiligenere nata fuerit: tertio a pulchri/
tudine: quæ maiore habet cōmēdationē & efficaciā i amore. In secūda uero be/
niuolētiā captabimus a persona nostra: demōstrātes primo sine aliqua arrogā/
tia: cōditionē nostrā: ppter quā etiā i p̄a puella icitef ad amorē nostrū: deinde ei:
quātū honeste poterimus declarātes amore & beniuolētiā: qua i ipsam afficia/
mur. In tertia aut̄ rogabimus ipsā ut penitus uelit: acquiescere p̄cibus nostris:
& nos similē amare quēadmodū eā amāmus: laudātes hūc amore: & dicētes:
ipsū esse rē potius diuinā: q̄ humanā: simulq; adducētes aliquod exēplū aliaq;
puellage: quæ in amore positae: sc̄lēcē uitā sūt cōsecutae. In q̄rta uero & ultima:
adducemus ipsā puellā i timorē alicuius dāni: si noluerit talē amore sequi: & si
mul cōfirmabimus per exēpla aliq; & foeminaq;: quæ nolētes amori adhārere:
erudeliter uitā finierūt: deducētes ipsā amicā nostrā i talē timorē: & cōclusiue
iducētes ipsā ad amore: ne aliqd mali ei cōtigat: cui etiā offeremus oēm operā
nostrā: cū omni honestate ei paratā.

Propositio.

Scribat ad tūs bē pyramus: pro amoris sui declaratiōe: ut illā in amore inducat.

Exemplum.

par

Nō sine causa effectū est suauissima Tyſ'be: ut omnes in te populi nostri cōiūctos
oculos habeāt: te amēt: te mirenſ: te obseruet. Cū enim ex una parte cōsiderāt
duplē illā uirtutē tuā: quæ te semp adeo illustrauit: ut nullus sit: qui p̄x̄stā/
tiorē doctrinā p̄siteſ: nec suauiores moꝝ iſtitutiōes p̄x̄ se ferat. Cū diuitias

Secundāq; semper ac facile fortunā admirātur: quæ tibi & generis nobilitatē: & nobilitatis ornamēta subiecit. Ex altera subito parte occurrit singularis illa & diuina potius q̄ humana formositas quæ te merito nō in hoc seculo natā: sed de cælo prolapſam testat. Cōspiciūt enī facie illā tuā serenissimā: quæ etiā nubilosū posset illustrare cælū. Cōspiciūt sidereos illos oculos tuos: qui oēm penitus ituēdo possūt amouere dolorē: ac luctuosos animos in summū gaudiū traducere. Cōspiciūt deniq; cādida colla: paruos lapillos facile superātia: mirat castigata frōtē: purpureū iuuētæ lumē: flauos crines: oīaq; penitus mēbra de cora: quæ cōspicēdo: nō possūt nō laudare: laudādo nō amare: amādo deniq; nō obseruare. Hinc ego iter ceteros æquales meos satis fortunatus adolescēs: & fortasse etiā fortunatissimus futurus: si amorē tuū cōseq; meritus fuero: cū tales cōditiones tuas animo cōplector: nō solū ad te amāda: coleāda: & obseruādā īpellor: sed pro te etiā emori cogor: nec uigilās nec dormiēs qescere possū: ita ut cū ex una parte mesocii felicē appellēt: quia cū satis honesta uirtute: nō mediocris quoq; accessit & fortuna: Ego tamē potius me īfelicē existimē: cū tibi placere nō possim: i qua solū oēs spes meas cōstitutas esse uolui. Verte iḡr aliquātulū benignissimos ī me ocellos tuos uirgo pudicissima: & hūc tibi seruulū ab ieūte ætate dicatū pietissima suscipias: nō enī humana res sed diuina potius ē amor: nec tibi parū uideaā amori parere: cui nō solū humiani p̄incipes sed & diuīa quoq; colla subiecere. Et caue ne fortasse amorē despiciēs: tui mali causa sis: memēto daphnes: memēto sirīgis: quag; altera phœbi: altera uero p̄nis amorē sphēs crudelē uita finiuere. Tu aut̄ tales fugiens: penelopē imitare: q; amoris sui cōstatiā uiro seruās felicissimos dies uixit: mihiq; adhæreas quē tibi séties ī oībus q̄libetissime paratū: quæ ad honorē & pudicitiā tuā facere ui deā: dū fuerit hæc mihi uita sup̄stes. Vale. **L**amētatoriū genus. Caput VII.



Amētatoriū genus ē illud: qđ fit p̄ alicuius mali n̄fī demōstratiōe: apud aliquē amicū: apud quē lamētātes speramus recipere cōsolatiōnē: & huius generis sp̄es sūt tres. una. s. p̄ iniuria: altera p̄ re pdita: tertia uero p̄ exilio.

Lamentatoria.

Pro iniuria.

Pro exilio.

Pro re perdita.

Lamētatoria epistola pro iniuria suscepta: est illa: quæ ad aliquē amicū scribitur: apud quē lamētamur de cōtumelia nobis illata: ut ipse sit iudex: uel forte re mediuū iueniat: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si lamētatoriā epistolā pro iniuria suscepta ad aliquē amicū scribere uoluerimus a quo remediū speramus: illā ī tres partes diuidemus. In quaq; priina beniuolētiā captabimus ab ea p̄sona: adquā scribimus: cōmemorātes amicitiā & be niuolētiā nostrā ppter quā simus icitati de rebus nostris tā p̄spēris q̄aduersis ipsū facere certiore: sperātes: q; secundū ueri amici officiū ipse existimabit for tunā nostrā sibi eē cōem. In secunda uero beniuolētiā nobis cōstituemus a per-

sona aduersarii: deducendo ipsum quātum possumus in odium illius ad quē scribimus: & narrādo primo quāta & quot beneficia in ipsū ītulerimus: & tamen recitando ipsius igratitudinē erga nos, simul & explicādo illā iniuriā: quātali inimico fuerimus affecti. In tertia aut̄ aut petemus auxiliū uel cōsilii super tali re: ab ea persona ad quā scribimus: aut ipsā cōstituemus iudicē super igratitudine inimici nostri: q̄rendo ab ea responsionem cōsolatoriā: ut talē iniuriā æquo animo ferre possimus: simul & offeremus illi om̄hem operam nostram q̄libentissime paratam.

Propositio.

Lamentetur Appius apud Cæsarem: q̄ a Cicerone fuerit iniuria affectus.

Exemplum.

paris i

A mor & beniuolentia singularis: qua in me afficeris Cæsar amātissime: hoc potissimum tēpore: ad te ut scribā me ipellit: pro aliqua cōsolatōe captāda in his potissimum rebus: quibus aduersā mihi sentio esse fortunā: nā amici officium esse scio: ut tā in p̄spēris q̄ aduersis: semp̄ cōm̄ iudicet esse casū. Cum iḡ diebus istis a Cicerone graui fuerim cōtumelia affectus: statui rē oēm ad te l̄scribere: ut per l̄fas tuas hūc dolorē aliquātulū leuare possis. Scis Cæsar charissime: q̄tum semper superioribus t̄pibus elaborauerim: ut huic nebuloni non solū honorē sed etiā utilitatē afferrem: cū præcipue me faciēte: ad præturā primū: deinde cū sūmo suoḡ ornamēto ad cōsulatū euectus fuerit. Sed neq̄ bonoq; istoq; me mor igratus hō: nec boni iuri officiū sectatus: cū mihi esset causa forensis in cōtrouersia corā senatu populoq; romāo ut iniqtatē suā oībus aperiret: nō solū mihi operā suā negauit: quā solet oībus etiā ignotis īpartiri: sed acriter in me iuectus est pro aduersario meo dicens ita ut deducta re in p̄suasionē: a causa penitus decideri. Hæc ego passus sum mi Cæsar: tanq; laboq; meoq; p̄mia: quos pro igratissimo uiro isto dieq; noctuq; suscepī. Sed quia adhuc inest animus: ab ista sententia iniqua & iniusta appellare: hæc ideo ad te scripsi: ut præter literas tuas consolationem quam expecto: ipsum etiam Ciceronem moneas: ut si mihi operam suam præstare non intendit: quāuis id facere debitus sit: mihi tamen nolit esse īpedimento: quod facile faciet si tibi id placere senserit: cui me totū trādo & dedo. Vale.

C Lamentatoria pro re perdita.

Lamētatoria epistola: pro re perditā: est illa quā ad aliquem amicum scribitur: apud quem lamentari uolumus uel de amissionē substatiā: uel de amissionē alicuius personæ quā mortua sit: uel de perditione honoris aut dignitatis: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

S i lamētatoria epistolā pro re amissa ad aliquem amicū scribere uoluerimus cui narrare intēdimus uel amissionē substatiā aut dignitatis nostræ ad hoc ut ab eo aliquod auxiliū recipiamus: uel perditionē alicuius personæ quā fuerit extincta ut per litteras amici cōsolationē recipiamus: ipsam epistolā similiter in partes tres diuidemus. In quāge prima beniuolentiā captabimus ab ea persona ad quā scribimus: declarantes: q̄ propter amorem & beniuolentiam eius in

B

nos: uel iunius ei narrare casū fortunā nostrā: ut possimus ab ea uel auxilium: uel cōsolationē recipere. In secūda exponemus aduersitatē nřam quā nobis ac ciderit: deducēdo qđū possumus rē ipsā in cōniferationē. In tertia uero & ultima: petemus uel auxiliū: uel cōsolationē rebus nřis: dicētes nos multū sperare in ipso amico: & rogātes: qđ talis spes nō decipiat nos: simulqđ offerentes eidem amico oēm operā nřam libēter accōmodatā.

Propositio.

Lamentetur Cicero apud Seruium sulpitium de morte Tulliae filiae suae.

Exemplum.

pars 1

Vellel serui charissime: ut in tam acerbo ac graui casu: qui me diebus istis afflīxit: tu etiam īter cæteros amicos mihi affuissēs: sum enim certissimus: qđ non solum æque doluisse: sed etiā in leuando dolore meo nō modicum pfuisse. Quod quia loco ac tempore interuallo sp̄ediente: effici non potuit: dabo tamen operā: ut saltē per litteras illud tibi significare possim: quod me diebus istis male habet: in eo amore atqđ beniuolentia nostra confidens: qđ a teneris annis una cū ætate creuit: qđ sortem istam meam: ut bonum amicū decet tibi iudicabis esse cōmunē. Scis serui amātissime: in hac rei publicā nostrā oppressionē: quot & qđis calamitatibus fuerimus affecti: ita ut perbeatos illos existimare soliti simus: qui sine aliquo magno malo: uitā cū morte cōmutauere: sed tamen in oībus his miseriis: unā tantū cōsolationē capiebā: quā mihi relicta erat: filiæ scilicet meæ dulcissimæ cōfabulationē: quā facile oēs a me curas penitus amo uebat: sed nūc eo magis in lachrymis & luctu tabesco: quo crudelior in me fuit iūida mors: quā tali me oblectatiōe priuauit: mortua est spes mea: consolatio mea: uita mea: in qua oēs alios moerores facile deponebā: nec scio quā debeat in hoc miserādo casu cōsolationē recipere: nisi ad te cōfugiā: qui oīum do loqe meo & leuamen existis. Hec igit̄ ad te scribo: non tantum ut necū doleas: quod bonū amicū decet: sed ut per litteras studeas hūc dolorē meū si nō penitus tollere: aliquantulū saltē leuare: cum præcipue hoc a te solū expectem: qui etiā cæteras calamitates meas tua soles prudentia remouere: cui ego me totū trado & dedo. Vale.

Clementatoria pro exilio.

Lamentatoria epistola p̄ exilio est illa quā ad aliquē amicū scrib̄: f̄: apud quē la
mētari uolumus de exilio nřo: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si lamentatoria epistolā pro exilio ad aliquē amicū scribere uoluerimus: a quo speremus consequi aut auxilium in restitutiōne nostra: aut consiliū: uel cōsolationē: ipsam epistolā similiter in partē tres diuidemus. In qua p̄ prima eodē modo beniuolentiam captabimus ab ea persona ad quam scribimus: demonstrantes qđ maxime cōfidamus in amore ac beniuolentia sua: qđ omnem istā fortuuam existimabit sibi esse cōmunem. In secunda uero primum demonstrabimus beneficia quāe intulerimus in patriam: uel bonitatem nřam: sine arrogantia: ut intelligat amicus: nō nostra culpa uenisse in exilium. Ostēdemus deinde cuius culpa factum sit: ut tale exilium patiamur: deducendo rem oēm

Si expurgatiua epistolam criminis ad aliquam personā scribere uoluerimus: primo ſcire debemus q̄ ista epifola dupliciter fieri potest: uno ſcilicet modo remiſſe: & altero excandescenter. Remiſſe ſcribitnr hæc epifola: quādo apud amicum nos uolumus excuſare: pro aliquo crime: cuius etiā ipſe nos remiſſe inſimulauerit: & tunc hæc epifola potius excuſatoria dicitur. Excandescenter autem hæc epifola ſcribitur: quando aut apud inimicū nos defendere uolumus ab aliquo crime obiecto: aut apud aliquam tertiam personā: qđ uſatius eſt. Sed quoquā modo ſiat ipſa epifola: eam in tres potiſſimum partes diuidere ſolemus. In quarum priuia: per aliquā rationabilem cauſam: aut ueram: aut ſaltē uerisimile nos excuſamus ab eo crime: quod fuerit obiectū dicentes aut hoc non eſſe uege: quod ab ipſa persona ſcribatur: aut per imprudentiam uel ignorantiam & non malicioſe id feciſſe: quod nobis uitio ascribitur. In ſecunda uero aut remiſſe aut excandescenter: ſecundum epifolæ miſſæ naturam: ipsam personam: ad quam ſcribimus: uel tali uel alio uitio criminabimur: dicentes q̄ boni uiri officium eſt: anteq̄ alios reprehendat: ſe ipsum inſpicere: ne cæcū cæcum illudat. In tertia autem & ultima: ſi remiſſa fuerit epifola: promitteremus amico noſtro: in tale crimen amplius non eſſe lapsuros: ſi mulq̄ cohortabimur eum: ne & ipſe in talem culpam incidat cuius eum accuſauerimus quia eodem illum crime condemnabimus: cui etiam offeremus omnem operam noſtram: in omnibus ſuis optatis merito paratam. Sed fixandescens fuerit epifola: cohortabimur personam illam: ad quā ſcribimus: ut deinceps a detractione defiſtar: quia ſi quæ uult: dicere perrexerit: quæ non uult: fortaffe audiet. Velsi ad tertiam personam ſcribatur epifola: poſſumus ſimiliter inimicum admonere: ut a maledicendo ſe abstineat: deinde excuſabimus nos: ſi contra uiri boni officium inimico detraherimus: dicētes: q̄ hoc ex iniquitate non fecerimus: ſed potius ut ſuis maledictis ſinem aliquando impoſeremus.

Propoſitio.

Ex purget ſe. L. catilina a cōiuratōis crime: cuius fuerat à Cicerone iſimulatus.

Exemplum.

pars. i

Ea ſemper fuit conditio mea patres conſcripti: ut maliuolos penitus homines: alienæque famæ ſeu iuſſimicis obtrectatores abhorrerem: nihilque magis uiro bono detestabile existimarem: q̄ inordaci quodam liuore aliena carperē ac lacrare: hacque tandiu in ſententia permanſi: q̄ a plerisque ſæpenumero lacesſitus: ad ultimum uſq; perpeſſus ſum. Sed cum diebūs iſtis ab inuidiſſimo huic ſemodi rabula: omniumq; bonoq; inimicissimo: affiduis obtrectationibus

C ii

• prouocatus sim: dissimulaui quoad potui: ne si maledictis omnibus responde rem: in idem procacitatis uitium inciderem: quod impudentissimus iste scur ra non erubet: cum tantū adhuc quotidianis me conuitis suis lacerare nō desistat: bona cum uestra uenia patres conscripti: in uocem tandem etrum pe re statui: atq; uno (ut aiunt) labore: duas erumnas soluere: & maledictis scilicet carnificis huius respondere: & eius uobis scelestissimam conditionem aperi re: quo manifestius scire possitis: quātum sit eius callidissimis dictis fidei adhi bendum. Exclamat bonorum omnium inuidissimus iste calumniator: catili nam bonum optimumq; ciuem in patriam coniurasse: quæ quondā non opibus solum: sed & sanguine proprio a suis semper progenitoribus seruata est. Exclamat inquelinus contra patricium: rem scilicet publicam suam: suam in q; cuius ab urbe condita ad hæc usq; tempora membrū semper exitit: destru ere conari: tanq; alter alteri inter se corporis artus rebelles essent. Huic ne scele ri patres conscripti credendum censem: qui tanq; comperta foret hæc coniura tio in coniurationem inuehit: qua quæso conjectura: quibus signis: quo ue mouente id percipere potuit: nisi fortasse suorum conscientia scelerum: quod in se uidet delyrus senex in aliis suspicetur: qui nullum unq; bonū ciuem amare potuit: sed omnibus semper infensus: die noctuq; insidias parare contendit: quo se omnibus uilissimus arpinas præferræ possit. Videte quæso patres conscripti: quantum sit huic pessimo uiro fidei adhibendum: ut aliquantis per ad eius scelestæ facinora me conuertam. Nuper enim cum albis pedibus hanc se in urbem contulisset: ac inani quadam eloquétia sua fretus: pauperrimorum in se animos conuertisset: suis adeo eos illecebris spoliauit: ut nihil ipsis amplius reliquum fecerit. Hinc ex inopia subito in maximas diuitias dolose excre uit: hinc domus: hinc agri: possessiones serui: clientes: quæ omnia tam cito sibi parare non potuisset: nisi insidiis: quibus abūdat: pauperrimæ plebis bona surripuisse. Ex hac igitur foedissima opulentia tata superbia excreuit: ut patricio quoq; ordini infensus: non illi solum molestus esse: uerum etiam eum pro uribus destruere conetur. Attingerem profecto reliqua nefanda huiuscne nebulous facinora: & plurima quidem: nisi benignissimas aures uestras tali cōmemoratione offendere dubitarem: uidi enim grauius auditorum animos offendere: qui aliena flagitia aperte dixere: q; eos qui commisere: proinde ea dedita opera subticebo: uestrum tamen est: res istas æquo animo cognoscere: ac ciue uestrum ab huiuscne rabulæ insidiis liberare.

C **E**x purgatiua contentionis.

Ex purgatiua epistolæ contentionis est illa: quæ ad aliquam personam scribitur: a qua reprehensi fuerimus super aliquo loco humano: super quo fuerit inter nos contentio: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si expurgatiua epistolam contentionis ad aliquam personam scribere uolu-

erimus: a qua fuerimus reprehensi super aliquo loco: super quo inrer nos fuerit aliqua controuersia: Scire prius debemus: quod utrumque talis epistola scribitur ad aliquam tertiam personam: prout epistola superior: apud quam huiuscmodi controuersia tractatur: sed nihilominus potest ad ipsam personam propriam dirigi: ad quam scribere intendimus. Sed utcunq; sit: epistola ista similiter in tres potissimum partes dividetur. In quarum prima faciemus prius exordium: declarantes qua causa simus incitati ad respondendum illi: ad quem scribere uolumus: uel de quo loqui intendimus: & quod licet non sit nostra consuetudo altercari: & praecipue cum hominibus malis & ignorantibus tamen ne tacendo uideamus consentire suis detractionibus: uoluerimus illi respondere. Et tunc adducemus rationes aduersarii nostri: quas ipse scripserit & illas confutabimus: prout melius poterimus. In secunda uero parte: ex opposito demonstrabimus aliquam ignorantiam aduersarii nostri: quae omnibus sit manifesta: & tamen cum omni moderatione conabimur in ipsum inuehi: ostendentes eum penitus esse litterarum omnium uel rerum expertem. In ultima autem dicemus: quod licet plura essent de tali homine dicenda: quae ipsius ignorantiam apperuissent: tamen uolumus ea omnia recitare: ne uidea mur potius propter odium: quam propter rei ueritatem: in ipsum inuehi: simulque dicemus nos uoluisse hunc amicum nostrum tanquam rerum istarum iudicem constituere: ut ipse intelligat: qua causa fuerimus ad scribendum incitati: cui etiam offeremus omnem operam nostram in omnibus eius amici uotis & libentissime paratam & penitus accommodatam.

Propositio.

Ex purget se battillus ab ignorantia: cuius fuerat accusatus a gelio.

Exemplum.

Accusatus a gelio saepenumero ignorantiae: doctor excellentissime: non solum super quibusdam humanis locis: in quibus iam per multos dies iudicem disceptrauimus: sed fere super omnibus quae doctum uirum intelligere decet: licet ingratissim in hanc(ut ita dixerim) sanguinariam palestram descendam: non possum tamen differre: quin respondeam: ne secundum publji mimographi sententiam: ueteres ferendo iniurias: nouas inuitem: & profecto nihil mihi gratius est quam coram excellentia tua huiuscmodi controuersiam agitari: quae & totius humanitatis & utriusque uirtutis lauream consecuta est. Accusat me simplicissimus iste nebulo quod uerbum impersonale dixerim numeris & personis deficere: tanquam rem falsam: & ab omni penitus ueritate semotam: nititurque hoc prisciani auctoritate probare: dicentis ideo personas & numeros impersonali accidere: quia accidentia generalia debent esse omnibus suis speciebus. Cui licet responderem non deberem: tanquam ignaro: & rudissimo niro: tam uolo ipsum liberalitatis meae partipem fieri: eiique declarare: quod haec tenus percipere non potuit. Accidentia duobus modis accipiuntur: scilicet proprie

pars. i

C iii

& communiter: si propria dicimtis esse accidentia uerbi: tunc uerum est q[uod] oī
bus suis speciebus conuenire debent: & hoc modo uerbum impersonale nu-
meros & personas habebit. Si uero communia tunc uerbum impersonale: ut
a personali distinguatur: numeris (ut ego existimo) & personis carebit. Hoc uo-
lui ipsi condonasse munus. Sed in reliquis cum tali uiro silentiu[m] potius: q[uod] ora-
tionem mihi statuo laudabiliorem: non enim mihi esset honor i cum tali uiro
diutius contendere: qui etiam prima grammaticæ rudimenta ignorat: quiq[ue]
nihil unq[ue] de se boni præsttit: nisi plagiario quodam furta multa etiam enor-
miter elaborata: quæ omnia si narrare uellem: uiderer potius ex maliuolentia
q[uod] rei ueritate: in ipsum iuehi. Dimitta igitur quod dicendum erat: in aliud tem-
pus aperiendum si me laedere perseuerabit: tua tamen præstantia bene cognita
utriusq[ue] sententia sapientissimum: ut eius moris est: iudicium feret: cui me in
omnibus uotis suis offero paratissimum. Vale.

Domesticum genus.

Caput. XV.

Domesticum genus est illud quod sit cōmuniter: quādo de rebus no-
stris domesticis ac familiaribus: aliquem amicum admonere inten-
dimus: & huius generis species sunt duæ. Vna scilicet de proprio sta-
tu: altera uero de negociis.

Domestica

De proprio statu

De negociis

Domestica epistola de proprio statu est illa: quæ ad aliquam personam scribitur:
quā de salute aut ægritudine nostra uel aliena admonere uolumus: cuius epi-
stolæ talis est regula.

Regula.

Si domesticam epistolam de proprio statu ad aliquam personam scribere uolu-
erimus: quam admonere intendimus de nostra uel aliena salute aut ægritudi-
ne: illā in tres partes diuidere debemus. In quaq[ue] prima & secundū cōsuetudinē
Ciceronis: solemus istā uel ei simile clausulā apponere: si uales bene est: ego q[uod]
dē ualeo. In secunda uero recitamus dilucide ac breuiter: uel salutē nostrā uel
salutis reparationē: si ægroti fuerimus: uel forte etiā ægritudinē alicuius ami-
ci uel cognati nostri: & quo pacto se in principio ægritudinis habuerit: & tan-
dem quibus mediis sit liberatus: semper in omnibus his deo gratias agentes
qui sic fieri uoluerit. Vel etiā si casus acciderit: scribemus de conditione nostra
uel i paratis opibus: uel i dignitate quæ sit: ita ut uideamur: de his rebus ami-
cū admonere: qui uel lœtari: uel dolere debeat de utraq[ue] fortuna nostra. In ter-
tia autē & ultima solemus apponere huiuscmodi clausulas. Vale: & me ames
ut solitus es: uel & me nō diligas sed ames: quia ita me dīlament: ego nō solū
te diligo sed obseruo. Possimus etiam si uolumus: ante tales clausulas addere
operae nostræ in omnibus oblationē: quæ admodum in omnium fermie epi-
stolarum fine seruatur.

Propositio.

Admoneat Curius Scipionē de salute sua: quam post grauem ægritudinem re-

Exemplum

Pars

Si uales: bene est: ego equidē bonitate dei optimi in hūc usq; diem satis ualeo: & conualescere incipio. Miratus es fortasse Scipio: q; cū semper antea creberim ad te litteras dare solitus essem: nullas tamen iam multis diebus dede- rim: & forte negligentiam in me ueritus me negligentiae criminis iſimulasti. quod ut tibi huiusce rei causam aperiam: nō negligentia factum esse scias: sed ægritudine potius & morbo impediente: qui cum me diebus exactis exasperatæ cuiusdam febris paroxismo occupasset: in tantam debilitatem corporis deduxit: ut uix mihi spiritus ipse supereffet ad uitā: unde desperatis rebus cū iam animam deo: miserrimaq; corporis membra medicis cōmendassem: ex- pectabam pauperrimus homo ultimam horam: qua mihi ex hoc mūdo mi- grandum esset. Sed uolente deo: cuius benignitate cuncta reguntur: non sine tamē magna difficultate: & numerosa pecunia sum in pristinam salutem re- stitutus: debileq; quondam corpus respirare coepit: speroq; indies melius cō- ualescere. Hac igitur ægritudine impediente: non potui officio in te meo satis facere: quod tamē nūc restituta salute exequi uolui. Te igitur nūc admoneo me satis saluum esse atq; incolumem: indiesq; melius habiturum: nēcnō per- cupidum esse de statu tuo omniumq; tuorum aliquid percipiendi: quos oēs fauste scelicerq; ualere semper exopto: quibus etiam me offero in omnibus paratum. Vale: & me ut facis amā: ualitudinemq; tuam cura diligenter.

C Domestica de negotiis.

Domestica epistola de negotiis est illa quæ ad aliquam personam scribitur: quā familiariter de negotiis nostris admonere uolumus. Cuius epistolæ talis est regula.

Si domesticam epistolam de negotiis ad aliquan̄ personam scribere uolueri- mus quā admonere cupimus de successione alicuius familiaris negocii quod ad nos uel ad ipsam pertineat: illam similiter in partes tres diuidemus. In qua rum prima clausulam aliquam superiori similem ponemus: quia istæ clausu- lœ maxime sunt cōmunes ad huiuscmodi epistolæ incipiendas. In secunda uero subito ad negociorum nostrorum narrationem accedemus ea breuiter dilucide & aperte narrantes: nihil tamē prætermittentes quod ad ipsam rē facere uideatur. In tertia autem conclusionem nostram faciemus: dicentes q; uoluerimus ipsum amicum de tali negocio admonere: quia scimus utrancq; fortunam nostram illi esse cōmunem propter amorem & beniuolentia quia in nos afficitur: simulq; adiungemus cōmunes clausulas finales: offerendo sci- licet operam nostram ipsi amico paratam: & addendo similes clausulas pri- oribus: qualis est ista. Vale: & me toto corde perames. ego enim (ne mentiar) te mihi charissimum habeo.

Propositio.

Admoneat Lucilium Valerius de familiaris negocii sui expeditione.

Exemplum.

Pars

C iiiii

Si uales: bene est: ego quidem ualeo: & te quoq; ualere cupio. Scio me tibi hodie lucilli charissime; tanto iucundior em: nuncium esse laturum: quanto maiore est amor & beniuolentia in me tua: quæ utrāq; semper existimauit fortunam nobis esse communem. Exagitata tandem: & per aduersarios meos uariis calumniis in longum deducta causa mea: quæ diebus exactis me s̄epissime male habebat: ac animum meum diuerse trahens: non minus timoris q̄ sollicitudinis afferebat: demum calendis martii: summo cum omnium applausu ciuium: ab æquissimus iudicibus: ex sententia nostra fuit expedita: aduersariisq; nostri etiam maximo clamore conuictio p̄iactati ac penitus repulsi. Qua in re tā diis immortalibus q̄ etiam amicorū humanitati: qui mihi benignissimas tulere suppetias: perpetuam scio me gratiam debiturum. Ab oībus igitur quas quotidianie molestias patiebar: liberatus: tranquillum quietumq; animum: meū deinceps ad ea penitus studia nostra reducam: quibus secundæ res ornantur: aduerse adiuuantur: referamq; me ad eum consuetudinis nostræ iucundissimum fructum capiendum: quo antea utriq; nostrum perfaci licebat: ut mihi uoluptatem & gaudium: tibi uero non minus solatii adiungam: cui etiam omnem operam meam offero: in omnibus optatis tuis q̄libentissime paratam. Vale. & ualitudinem tuam cura diligenter: ac me mutuo: ut facis: diligas.

Commune genus.

Caput. XVI.

Ommune genus est illud quod fit: quotienscūque ad amicū scribere uolumus: ut eum perlitteras nostras uisitemus: etiam si nihil accidat: quod scribēdi materia præstet: & hoc genus similiter in duas species diuisum est: quarum una est de proprio statu: altera uero de negotiis.

Communi-

De proprio statu

De negociosis

Communis epistola de proprio statu est illa: quæ ad aliquam personam scribis: quam: licet nullū nobis argumentum scribendi datum sit: tamen per litteras uisitare uolumus: & pro ipsarum argumento: de nostra tantum salute: illā ad mouemus: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si communem epistolam de proprio statu ad aliquam personam scribere uoluerimus quam per litteras nostras uisitare intendimus: & tamen nullum est nobis scribendi argumentum relictū: illā in tres potissimum partes diuidemus. In quaꝝ prima a persona nostra beniuolentiam captabimus: dicentes: q; licet nulla accidat nobis materia: ppter quā simus iciti ad scribēdū ad ipsū amicū tamē ppter beniuolentiā & amore: quo in ipsum afficiamur: nō possimus defisterē a scribēdo: tum ut ipse ex litteris nostris aliquā uoluptatē capiat: tum ut ex eius respōsione: nos similiter iucūditatē percipiamus: cū præcipue nulla sit res quæ magis absentes amicos presentes faciat q̄ epistola. In secunda uero declarabimus ei salutem nostram: similiter de eius salute aliquid scire cupiētes:

quam deum rogabimus perpetuam esse & fœlicem seruari. In tertia autem rō gabimus ipsum amicum: ad quem scribimus: ut uelit sœpissime nos litteris suis uisitare: ex quibus intelligamus de eius statu & salute: & ex tali intelligentia iucunditatem capiamus. Cui etiam ut in aliis epistolis fieri consuetum est offremus omnem operam nostram: in omnibus suis optatis q̄libentissime accōmodatam.

Propositio.

Scribat ad Ciceronē Curio: illū de salute sua: ac oīum suog certiore facies.

Exemplum.

pars i

Licet nullum mihi scribendi argumentum datum sit: suauissime cicero: quo potissimum diebus istis uti possim: ut ad te aliquid scribā: quia neq; in publicis: neq; in priuatis negotiis nostris nihil sane noui in hunc usq; diem euenit: Est tamen tantus amor & beniuolentia: qua in te afficiar: ut nullum unq; possim: uel minimum nunciū præterire: quē ad te peruentuq; putem: cui litteras meas ad te non tradā: ut iis perlectis talē inde iucunditatē capias: qualē ego quoq; percipio: quū tuas litteras uideo. Cū igif noster phania sit ppedie hanc in ciuitate profecturus: ut quibusdam negotiis suis finē iponat: statui has ei ad te litteras dare: ex quibus intelliges: me dei bonitate & clemētia: cum oībus meis saluum esse atq; incolumen: quod etiā de te: tuisq; omnibus scire desidero: nā pfecto nihil mihi charius accidere pōt: nihil gratius: nihil uicidius: q; de te & tuo fœlici statu: ac secunda fortuna intelligere: is enim amor hoc me facere cogit: quo ab inuente ætate uterq; nostrum deuinctus est. Quem ut diutius integrum & perpetuum seruare possimus: te rogo: ut etiam me aliquando tuis litteris inuisere uelis: ut resarcita haccōsuetudine nostra per litteras: quæ inter uallo locorum ac temporum: uidetur aliquantulum labefactari: possimus simul beatam uitam ducere. Quod ut sœpius facias: te rogo atq; oro: cui etiam: ut semper feci: omnem operam meam offero: in omnibus optatis tuis q̄libetissime paratam. Vale.

C Communiſ de negotiis.

Cōmuniſ epistola de negotiis: quæ etiā uulgaris appellat: est illa: quæ ad aliquam personā scribit: ad quā similiter: cū nullū scribēdi argumentū reliquū sit: litteras tamen pro cōfirmatiōe amicitiae nostrae scribere uolumus & de aliqua re occurrete: quæ tamē ad nos nō pertineat: uel pauci sit momēti: ipsam certiore reddere cupimus: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Sic communem epistolam de negotiis ad aliquam personā scribere uoluerimus: quam licet nullum sit nobis datū scribendi argumentū: tamen pro confirmatione amicitiae nostrae: uolumus de aliqua re occurrente certiore facere: aut de nouitate: uel negotio aliquo: quod tamē ad nos non pertineat: illā in partes tres similiter diuidemus. In quarum prima: qua causa potissimum ad scribendum incitati simus: per exordium quodpiam declarabimus: ostendentes: q̄ licet nulla nobis occurrat materia: quæ necessario nos ad scribendum spelat

uit tamen absentem amicum per litteras uisitemus; ad amicitiam confirmam
dam: quæ aliquatulum propter diuturnam absentiam uidetur labefactari: uo
lumus ad ipsū amicū litteras nostras dare: quibus perleatis: talē iucunditatē ipse
recipiat: qualē nos ex suis litteris recipere solemus. In secunda uero amicū no
strū accōmodatis uerbis salutabimus: & si quid forte diebus ipsis noui accide
rit: illud breuiter dilucideb̄ ei narrabimus: ut uideamur etiā nobis curæ esse:
amicū ipsū reddere certiorē de aliquibus rebus: quæ nouiter ī ipsa ciuitate uel
regione acciderit: quia ut plurimū oēs sumus facile inclinati ad noua itelligēda.
In tercia aut nos oīa p̄ nostra amico offeremus: quēadmodū ī aliis epistolis tie
ricōsuevit: nos p̄ illi cōmēdabimus: rogātes q̄ ceteris quo p̄ amicis nostris no
stro noīe salutes uelit impartiri.

Propositio.

Scribat ad sempronium lucilius: de rebus occurrentibus illum certiore faciēs.

Exemplum.

Licet ad te antea nullas dederim litteras: sempronii charissime: id nō causæ fuit:
quod tui obliuionē cōperim: sed ea potius: quæ alios similiter a scribēdo reti
nere solet: quia scilicet nullum mihi scribendi argumentū dabatur: quo te lit
teris meis reuiserē incitarer. Nunc autem dante se scribēdi opportunitate: has
breues statui ad te mittere quibus primum nos omnes saluos superstitesq; in
hunc usq; diem tibi esse significo: ea potissimum dei bonitate cōcedente: quæ
cuncta mortalium negotia disponit & moderatur: cuius etiā maiestatē exoro:
ut de te quo p̄ ac omnibus tuis idē sentire possim: quos omnes semper diuq;
faustos cupio felicesq; futuros. Haec aut argumentū potissimum: quo nūc præ
cipue ad scribēdū sc̄itatus sum: huiusmodi esse sc̄ as. Cū enim iasonis: uiri p̄r
cipui ac singularis & non ī merito iure consulto: principis: fama cōpulsus: ex
patria mea in urbē patauinā me contulerim: ut eolegentē: ad caſareū ius aditū
ipetrare possem iis p̄ maxime codicibus indigēa: qui (ut fama refert) isthic ue
netiis apud publicos impressores abundantē reperiūtur: te pro uiribus meis
exoratu uelim: ut iuris ciuilis textus: cū bartholī diuinis cōmentariis: meo no
mine emere cures: ad me p̄ fideli uelis nuncio transmittere: scribasq;: quid po
tissimum pecuniae exposueris: nam per eūdem si uolueris nuncium: eam tibi re
mittendā curabo: habeboq; tibi gratias īmortales: qui sic necessitati meae ope
ram tuā benigne p̄stiteris. Bene uale amico: optime: & me non diligas: sed
ames: at p̄antonio cornelio nō meo noīe plures salutes dicio: ceteros p̄ ami
cos oīs nostris uerbis plurimū salutato: quibus oībus: & tibi in primis: omnia
mea bona: me p̄ in primis ipsū: & cōmēdo: & trado: atq; dedo. Ite. Vale.

loculum genus.

Caput. XVII.

Ocosum genus est illud: quod sit: quotienscunq; iocose & fami
liariter ad amicos: animi causa excitādi scribere uolumus: & hu
ius generis species sunt duæ: una scilicet de se: altera uero de alio:
uel de tertia uel secunda persona.



Iocosa

Dese Dealio

Iocosa de se

Iocosa epistola de se est illa: quæ ad aliquam personam scribitur: cum qua familiärer iocari uolumus: super aliqua re: quæ in persona nostra acciderit: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

S Iocosam epistolam de se ad aliquam personam scribere uoluerimus: cū qua familiariter iocari cupimus in persona nostra: illam potissimum in tres partes diuidemus. In quarum prima: aut uere: aut uerisimiliter declarabimus aliquam rem ridiculam uel iocosam: quæ nobis acciderit: & penitus ad eārum regē propositū faciat de quibus postea dicturi sumus: ita ut amicū ipsum ad risum icitemus: quia nulla est epistola familiarior ista: quæ sæpen numero etiam ī rebus grauibus & arduis aliis epistolis admisceri solet: ut dicemus in epistola mixta. Sed in secūda parte epistolæ oportebit nos a talibus iocis subito redire ad rem seriam: ne nimium iocando histriones esse uideamur. In tertia autem secūdū consuetudinem aliarum epistolarum offeremus amico nostro omnem operā nostram: in omnibus suis optatis libentissime accōmodaram. Sed scire debemus: quod istud genus epistolæ potius est mixtum: q̄ simplex: quia semper inter alias epistolæ clausulas huiuscmodi potius iocos miscere. q̄ sim pliciter totam epistolam iocosam scribere.

Propositio.

I oecetur fabius cum antonio: qui uerebatur: ipsum in exercitu contra hostes potius timidum: q̄ fortē futurum.

Exemplum

Non miror antoni: si in hoc acerrimo bello: quod cōtra parthos suscepimus: me potius timidum: q̄ magnanimum futurū uereris: quia soleo ego nunq̄ mātutinū bellum inchoare: nisi prius optima factae sintatione bene dormiuerim: ut siant uires tanto robustiores: hac adiuuante quiete: quanto prius propter labore fuerant imbecilliores effectæ: & tamen adhuc euigilans uix stare possum quod tibi forte talē timēdi causam præbet. Sed ne amplius hanc imbecillitatē meam uerearis: addam intentioni meæ bonum maruisiū: optimasq; casei crudas: quas gerardus ueronensis medicus noster deuorare solebat: cum longum pedibus iter aggredetur: ut cōsolidatis pedum basibus nihil tibi de me sit reliquum timoris. Sed cupio tecum coram iocari. Illud uelim intellagis: expeditiōnem nūhi istam tante curæ esse: ut per deum immolatē: etiam ciborum quandoq; oblitus sim: ut reipublicæ utilitatem curare possim: quā tamen diebus istis tanto sudore consécutus sum: ut in aciem milites səpius educens: nō obscure demonstrauerim: quid patriæ pietati debeatur: & quid de me deinceps sperandū sit: quod ego nūc ad te non scribo: quia paucis post diebus: ad fēnatū super hac re litteras publice mittam. Tu inter m̄ bene ualeto: & deūm exora: ut res ad uota succedant: quia nunq̄ reipublicæ operam meam negabo:

Pars

z

3

etiam si mihi millies moriendum esset. Iterum bene uale: & me scito: sicut antea semper in oībus uotis & iussiſ: cuius esse q̄ paratissimum.

Clocosa de alio

I ocoſa epiftola de alio eſt illa: quæ ad aliquam personam ſcribitur: cū qua ſimiliter domeſtice iocari uolumus: ſup aliqua re: q̄ in pſona aliena acciderit: cuius epiftolæ talis eſt rēgula.

Regula.

S i ocoſam epiftolā de alio ſcribere uoluerimus ad aliquē amicū: cū quo iocari intendimus ſuper aliqua re: quæ non in perſona noſtra ſed aliena contigerit: illam ſimiliter in tres partes diuidemus: In quarū prima: uero uel ſicto ſed ue- riſimili tamē ioco: aut in eam perſonam inuehemur: ad quam ſcribimus: aut in aliquā alia: de qua ſcribere itēdimuſ: dūmodo talis iocus ſit ad eas res accōmodatus: de quibus poſtea in ipſa epiftola mētionē facere intēdimuſ. In ſecūda uero ſubito ſimiliter ad ré ipſam ſeriā conuertemur: ne nimiuſ fabulosi eſſe uideamur: narrabimusq; ea: quæ a nobis ſcribenda erant: ipſa cum ſuperiori- buſ adaptado: ne uideamur diuertere ab eo: quod ſuperius dixerimus. In ter- tia autem utemur cōmuniibus clauſulis: quæ ſolent in domeſticiſ epiftoliſ ad amicos ſcribi: quia hæc epiftola iocosa etiam cū domeſticiſ aliquando nume- rari ſolet: quāuis ut diximus: potius habeat naturam mixtam q̄ ſimplicem.

Propofitio.

I oceſtetur quintiliuſ cum ualerio: qui raras ad eum litteras dare ſolitus eſt.

Exemplum.

parſ. li

C onſideranti mihi diebus iſtiſ ualeri chariſſime: q̄ negligens in ſcribendo foreſ cum nullas adhuc poſt diſceſſum tuum mihi litteras dederiſ: facile illa incidebat ſuſpicio: in quāetiā bilbiliſtanuſ ſaepius uates incidere ſolebat: quū cliētulū nihil patrono porrigétem: chyragra laborare ſuſpicabatur. Ego quidē te ſem- per antea adeo in ſcribendo diligentem cognoscebam: ut quem tecum confe- re poſſem: haberem profeſto neminem: nunc autem cum nullas amplius ad me litteras te dare uideam: & ad eum præcipue qui maxime ipſarum percupi- duſ eſt: non poſſum non ſuſpicari: te in chyragrae fortaffe morbum incidiſſe: qui manus tuas: quondā ad ſcribēdū promptiſſimas: tardiores efficiat. Quod ſi uerum eſt (ut opinor) aut æſculapium conuulas: qui te ab infesta huiuscemo- di ægritudine liberet: calamumq; tibi nunc grauem: facilem deinceps reddat: uel ſi omnino incurabilis eſt hæc ægritudo: quod manibus facere non pothes: id ſaltem pedum officio perficias. Sed cupio tecum coram iocari. Illud mihi q̄ gratiſſimum feceriſ: ſi poſt iſta negocia tua: quæ animum tuum diuerſe tra- hunt: ſaepius ad me litteras miſeriſ: quibus & de tua imprimis ſalute: & de hiſ q̄ iſthic agū: certior fieri poſſim. Nostri. n. aiū: mēte: ſtudiūq; meū: i his præ- cipue phoſcēdiſ: quæ ad iſpūblicā attinēt: qđ ſi me crebro certiore reddeſ: ni- hile eſt: quod a te magis hoc tempore impetrare contēdā. Ego quoq; in huius- cemodi ſcribēdi generete ſaturare ſpero. Pſertim ſi ſtudiū meū nō aſpnaberis

Vale igit: & siquid est quod mea tibi opera prodeesse possit: utere cū uolueris: ecce me tibi ad omnia optata tua libentissime paratum.



Commissuum genus.

Caput XVIII.

Omissiuū genus est illud: quod sit quotienscūq; ad aliquā psonā scribere uolumus: cui super negotiis nostris expediendis: mandatum aliquod dare intendimus. Et huius generis similiter species sunt duæ: Vna scilicet generalis. & altera particularis.

Commissua

Generalis Particularis.

C omissua epistolageneralis est illa: quæ ad aliquā personā scribif: cui generali ter super oībus negotiis nřis: in aliqua regiōe uel ciuitate expediēdis generale mandatū dare uolumus, cuius epistolæ talis est regula.

Regula

S ic omissiuā epistolā generalē ad aliquā personā scribere uoluerimus: cui super omnibus negotiis nřis: tā particularibus q̄ generalibus: in aliqua regione siue ciuitate tractādis: uolumus generale mandatū: uel cōmissionē dare: illā in partē quattuor principaliter diuidemus. In quaꝝ prima prius tanq̄ per exordiū beniuolētiā captabimus ab ea persona ad quā scribimus: ostendentes quātā fiduciā habeamus in ipsa: propter fidem & integritatē suā: q̄ bene tractābit ipsa negotia nostra: quæ ei uolumus cōmittere: deinde ponemus spem: quā habeamus in ipso amico: q̄ ppter amorē & beniuolētiā: qua in nos afficit: bene & diligenter omnia tractābit. In secunda uero negotia nřa narrabimus: cuiusmodi sint: & cum quo: & ubi peragēda: ut sciat ipse amicus noster: quid potissimū nostra causa exequi debeat. In tertia autē ponemus auctoritatē quā tali amico tradere uolumus: super ipſis negotiis pertractandis cū oībus clausulis: quæ uideantur esse necessariæ ad forenses causas peragendas. In quarta uero & ultima ponemus gratificationē nostram: dicētes nos uelle ea firma tenere: quæ per ipsum amicū nostrū fuerint in talib⁹ negotiis nostris expedita: adiūgentes aliquā pœnā uel obligationē bonoḡ nostroḡ: prout nobis magis uidebitur & ipſis rebus & amico cōuenire. Addentes deinde diem & ánum: quo tales līæ scriptæ fuerit: cū titulo aut signo cōsueto.

Propositio.

C omittat Scipioni Cicero uices suas in omnibus negotiis suis rhomæ pagēdis.

Exemplum.

pars i

N ihil est tam arduū: tamq; difficile Scipio charissime: quod ego tui causa non libenter subirē: quia sic amor & beniuolentia nostra postulat & requirit. Vnde efficitur ut de te quoq; nō minorē fiduciā habeā: q̄ in omnibus negotiis meis peragendis: in quibus mihi possis operā tuā p̄stare: illā fidelissimā exactissimā: māq; a te expectem. Quapropter cū multa mihi sint hac i ciuitate negotia p̄agenda: quæ ego nunc potissimū expedire nō possum: cū regendæ huius p̄ciae pondere sim impeditus: statui ea tibi cōmittere: ut quia p̄sens omnia facilius agere potes: ea cōmodius expediās: in quoꝝ omniū p̄eractione: ut nem̄

tie oblitante: uicem & auctoritatē meam subeas: per præsentes litteras te meū
pcuratorē ac nunciū specialē cōstituo. Et specialiter super ea causa: quæ mihi
est cum Marco antonio in cōtrouersia: quam etiam credo tibi notissimā esse.
Generaliter uero ad omnia mea negotia: tā isthic rhomæ: q̄ etiam alibi meo
nomine tractanda: ad uocandū quecunq̄ opus erit in iudicium. & super ipsis
negociis libellos producēdos: testes & instrumēta: & si ab aduersario uocatus
fueris: ad respōdendū: & meo nomine obiciendū: ad lites cōtestandas: & eage
sententias audiendas: ad appellādū: & appellations psequēdas: & generaliter
ad omnia peragenda: quæ merita causare exigunt & requirūt. Super q̄bus re-
bus do tibi omnem auctoritatē & potestatē: ut eas agere & tractare possis: ac si
ego ipse personaliter adessem. Promittens me omnia & singula: quæ per te ī
his negociis meis gesta fuerint: grata & rata habituȝ: sub obligatione omnī
bonoȝ meoȝ. Tibi igit̄ omnē causam cōmēdo: meq̄ ipm tibi trado & dedo
cui uolo omnē operā meā q̄libentissime esse paratā. Vale. Ex gymnasio athe-
niensi. Calendis ianuariis. olympiadis ducentesimæ anno tertio: Ego Marcus
Tullius cicero propria manu scripsi.

Commissiua particularis.

C ommissiua epistola particularis est illa: quæ ad aliquā personā scribif: cui par-
ticulariter super aliquo tantū negocio nostro peragendo uices nostras crede-
re uolumus: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

S ic cōmissiua epistolam particularem ad aliquā personam scribere uoluerimus
cui particulariter tātu uolumus aliquod simplex negociū cōmēdare: illā simi-
liter in partes quatuor diuidemus. In quāz prima: ut fecimus in superiore: be-
niuolentiā captabimus ab ea persona: ad quam scribimus: demōstrantes nos
habere maximā spem & fiduciā in ipsa: q̄ propter amorē & beniuolētiā: quā i
nos afficitur: ipse bene & diligenter omnia pertractabit. In secunda uero expo-
nēmus ipsū negociū peragendū: si unū fuerit: uel plura: si plura fuerint: serua-
to suo ordine: & super quoq̄cūq̄ negocio declarabimus eas particulares clausū
las: quæ uidebuntur esse ad eius expeditionē necessariæ: uel potius referemus
huiuscemodi declarationē ad singularū causarū pcessū: quos ad ipm amicū
dicemus mittere: uel breui esse missuros: super q̄bus poterit de rebus ipsis cer-
tissime informari. In tertia autē apponemus eam auctoritatē: super ipsis nego-
ciis peragendis: quam ei uolumus concedere: similiter addēdo omnes clausū
las: quæ ad causas forenses pertinere dicuntur. In quarta uero promitemus
nos esse omnia approbaturos: quæ ipse amicus super iis negotiis tractauerit:
apponendo similiter bonorum nostrorum obligationē: cum tempore: loco:
& titulo: ad tales litteras corroborandas necessariis.

Propositio.

Committat Appius Ciceroni uices suas super sacerdotio suo in Cilicia expediendo.

Exemplum.

Pars

Fides & integritas tua Marce Tulli:qua semper in amicorum negotiis usus es: & quam ego quoque in rebus meis a te perfectam cognoui: non paruam mihi ipsa presentiarum fiduciam assert: ut praeter amorem & beniuolehtiam: qua a tenellis annis inter se uterque nostrum deuinctus est: ex tua humanitate & probitate: si tibi negocia mea cōmendauero: illa ac si tua essent: diligentissime expedies. Ut igitur intelligas: quid mihi nunc potissimum opera tua afferre pos sit: Scias me hac in prouincia tua: dum ei praeesse: sacerdotium publicum gessisse: quod omnibus magistratibus: qui a rhomano senatu pro cōsulari dignitate isthuc proficiscuntur: aduenire solet: & quia cōsuetos redditus ex tali sacerdotio adhuc percipere non potui: statui hoc tibi negocium demandare: qui in prouincia praeiens es: & omnia facilius expedire potes. Quapropter super iis pecuniis quae mihi ex hoc sacerdotio debentur: accuratissime exiges: per praeentes litteras te meum procuratorem ac nuncium specialem constituo: ad eas penitus exigendas: & si fortasse ex publicis quæstoribus resistenter quempiam inuenires: do tibi plenam auctoritatē: ac si ipse personaliter adessem: ad eum in iudiciū uocandum: & contra talē aduersarium libellos producendum: item contestandam: sententias audiendas: & si opus fuerit ab eis appellandum appellationesque prosequendas: ac omnia facienda: quae forent huiuscemodi causæ exigunt & requirunt. Promittens me omnia comporbatus: quae super hoc negocio per te fuerint expedita: sub obligatione omnium bonorum meorum: tibique omnem rem ipsam atque causam plurimum commendō: cui etiam uolo omnem operam meam tibi esse paratam. Vale. Exurb. Idibus quintilibus: ducentesimæ olimpiadis anno secundo. Ego Appius pulcher propria manu scripsi.

Regium genus.

Caput. XIX.

Egium genus est illud: quod sit quotienscumque scribit princeps epistolam aliquam: uel publicam: uel priuatam. & huius quidem generis species sunt quinq. Prima scilicet fidei: secunda familiaritatis: tertia edictuā: quarta inhibitoria: quinta uero promotiuā.

Regia.

Fidei. Familiaritatis. Edictuā. inhibitoria. Promotiuā.

Regia epistola fidei est illa: quam scribit princeps saecularis uel spiritualis ad aliquam personam: pro fide alicui facienda. Cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si uoluerit princeps epistolā fidei ad aliquam personā scribere: cui fide adhiberi cupiat notare debet quod talis epistola potest scribi: aut ad ipsam personā: quae talē fidem sibi

fieri petat: aut ad aliquam aliam priuatam: siue publicam: apud quam tali personæ fidem haberi contendat. Sed utcunq; sit talis epistola in tres potissimum partes diuidetur. In quarum prima apponet princeps nomen & titulum suum cū: omnibus adiectionibus quæ suo uidentur imperio conuenire. In secunda uero apponet aliquid exordium in quo demonstret uiros probos esse summā laude afficiendos: & omni beneficio prosequēdos. In tertia autem captabit benevolentiam ab ea persona: cui fidem facere cupit: Laudando ipsam ab aliqua uirtute particulari: & ipsam omnibus commendando ad quorum manus tales litteræ deuenerint: adiungendo sibi fore gratissimum si talis persona fuerit cōmēdata uel benigno fauore ab aliquo affecta.

Propositio.

F idem faciat Venetorum princeps Georgio alexandrino de ea humanitate qua prædictus est.

Exemplum.

Pars i

A ugustinus barbadicus: de gratia dux uenetiarum & cetera. uniuersis ac singulis: ad quorum manus haec nostræ litteræ peruererint: salutem ac dilectionis affectum. Sicut dignum est & laudabile: ut qui uitiis ac sceleribus uallati sunt: eos principum non tantum vindicta castiget: sed maximo etiam dedecore pro se quatur: ita iustum & honestum censemus: ut bonos uiros: uirtutique deditos non solū beneficiis & meritis cumulemus: sed etiam benigno fauore: & summo laudum præconio prosequamur. Quapropter cū iam per multos annos georgio alexandrino: uiro sane in utraq; lingua doctissimo: ussisimus: cuius eloquentiam: grauitatem: sapientiam: nemo est qui non colat. non adamet. non admiretur: præterea beneficia: quæ in ipsum merito contulimus: dignum existimauimus ut eum quoq; non obscuro laudum testimonio subleuemus. Hunc igitur uirum omnibus sum opere commendamus ad quos se contulerit quia prosector foelix nostro iudicio illa ciuitas existimari poterit ad quam ipse diuertere uoluerit. Si quid præterea in eum beneficij fauoris gratiae collatum fuerit illud totum existimabimus in nostram personam fuisse collatum: & per talis beneficio uolumus ei perpetuas gratias habere. In quoq; fidem has publicas litteras fieri iussimus ac nostri sigilli appensione muniri. Ex urbe ueneta. calendis martiis anno salutis dominicae M.cccc.lxxxvii.

Regia familiaritatis.

R egia epistola familiaritatis est illa quæ scribit ab aliquo principe tam sacerulari q; spirituali in fidem q; ipse aliquam personam in suam familiaritatē suscepere. Regula.

Si uoluerit princeps regiam epistolam familiaritatis ad aliquam personam scribere: hoc duobus mediis facere poterit: uno scilicet modo: quando ipsa epistola dirigitur ad propriam personam: quam uoluerit princeps in familiaritatē suam suscipere: altero uero quando epistola dirigitur ad aliquam uniuersitatē uel locum: ad quem talis persona se cōserre uoluerit: uel generaliter ad omnes ad quos tales litteræ peruererint: ut apud ipsos benigne suscipiantur. Sed quocunq;

modo fiat: illam similiter in tres partes diuidemus. In quarum prima secundū cōsuetū scribēdi modū: apponet p̄inceps nōmē & titulos suos: cū salutatiōc. In secunda uero faciet exordiū: declarādo q̄lī oēs uiri, p̄bi nō solū sint i p̄cipiū fa- miliaritatē suscipiēdi: sed etiā sūmo fauore & meritis, p̄sequēdi: & tunc subiūget q̄ ppter uirtutes & optimas conditiones talis uiri: quē ipse commēdare intēdit: fuerit icitatus ad suscipiēdū eum in familiaria suam. In tertia aut: faciat fide istius familiaritatis: cōmēdabit eum apud illā uniueritatē uel locū: ad quē ipse uoluerit se cōferre: dicēs ei fore gratissimū: quicquid in talē personā priuatim siue publice conferetur.

Propositio.

F idem familiaritatis faciat Cardinalis sancti marci: Ioāni ueneto secretario suo: in galliam profiscenti.

Exemplum.

pars. i

Marcus barbus: diuina fauēte clemētia: sacro sanctæ romanæ ecclesiæ titulo san- ti marci: ep̄s cardinalis: Ludouico christianissimo gallo regi salutem. Nostra z est cōsuetudo christianissime rex: ut si quos inuenērimus inter familiares no- stros: uirtutis floribus ornatos: & solidissime fidei splēdore decoratos: eos no- bis potissimū charissimos habeamus: nec unq̄ illos cessemus meritis & benefi- ciis subleuare: pr̄ter enim illud: quod iustū & honestū existimamus: tales sci- licet uiros sūma laude afficiendos: accedit & nō mediocris quædā utilitas iter cæteros domesticos nostros: qui si uiderint: merita uirtutū suāḡ p̄m̄ia bo- nos uiros suis cōsecutos: eo libētius ad uirtutē aspirabūt: quo se potiora bene- ficia acquisititos sperabūt. Cū igīs Ioānes uenetus familiaris noster uir quidē 3 īgenio & doctrina nemini cedēs: hāc in regionē tua p̄ficiat: sua quædā nego- cia expediturus: Tuæ primū Serenitati notū facimus ipsū esse exprimis fami- liaribus nostris unū: quē sūmo amore & beniuolētia p̄sequimur. Cui si nostri gratia in rebus suis a tua serenitate opitulatū fuisse senserimus: erit quidē adeo nobis gratum: ac si beneficia ipsa i nosmetipso collata fuisse lētaremur. Tibi igīs eū cōmēdamus: tanq̄ oīum cæterorū nobis gratissimū: charissimūq; tuæ- q; serenitati similiter offerimus operā nostrā in oībus tuis optatis q̄libētissime paratām. Vale.

C Regia edictua.

R egia ep̄stola edictua est illa quæ scribis a principe tā seculari q̄ spūali ad aliquā personā: uel publicā uel priuatā: pro re aliqua ad publicū bonū pertinēte signifi- canda: cuius ep̄stolæ talis est regula.

Regula.

S i uoluerimus ep̄stolā edictiuā regiā ad aliquā personā scribere: scire debemus q̄ talis ep̄stola scribi potest: uel generaliter ad aliquam uniueritatē uel po- pulum: uel particulariter ad aliquā personam publicam: ut faciūt principes ad alios principes: pro edicenda pace: uel bello: foedere: uel lege: siue pro similibus: & tunc ipsa ep̄stola diuiditur in tres partes principales. In quarum prima: po- nemus nomen principis: cum suis titulis omnibus: prout fecimus in aliis epi- stolis superioribus: cum salutatione ad eam personā: ad quā scribitur ep̄stola.

D

In secunda uero ponemus causam propter quam sumus incitati: ad tales epistolā scribendā: ostēdēdo causā illā esse iustā & honestā: & q̄tū poterimus: cona bimur: partes nřas approbare: & per oppositū aduersarii deprimere: ut potius uideamur nobiscū iusticiā & ægratē ostendere: q̄ cū eo ad quē scribimus. In tertia aut̄ narrabimus id quod scribere itēdimus: si de bello: psonā ipsā ad belū iuitates: si de pace: si f̄ ad pacē: & sic de sc̄dere: aut lege, p̄mulgāda: addendo clausulas illas finales: quae magis uidebunt ad p̄positū facere: & ipsā epistolā cōcludere: quod ex superioribus epistolis: satis superq; colligere possumus: si ad eas aduerterimus.

Propositio.

E dicat Cæsar pacem pannonio regi pro sua in eum liberalitate ac munificētia.

Exemplum

Pars

Fœdericus tertius: diuina fauente clementia: romanorum iperator: semper augu-
stus: Austriae: Stiriae: carinthiae: carniolæq; dux: comesq; tirolis & cætera: Mat-
thiæ utriusq; pannoniae regi: Salutem. Licet multæ causæ inuicē concurrant: z
quæ me potius ad bellum tecum gerendum: q̄ ad pacem firmādam inducant:
quas hic recitare: mihi superuacaneū uidetur: tu enim eas bene optimeq; no-
sti: ut tibi tamen tuisq; omnibus ostendam: quātum potius mea in uos ualeat
liberalitas: q̄ uestra in me ingratitudo: deliberaui penitus tecum pacem firma-
re: ut cum ab armis discesserimus: possint milites nostri: qui ex utraq; parte sū
mopere consumpti sunt: ad desideratam quietem redire: & dissipatas res suas
aliquantulū instaurare. Tibi igitur præsentium tenore signifco: quod ab hoc
die in postea: relicta omni penitus discordia ac similitate: quæ prius inter nos
fuerat: uolo tecum firmassimam pacem habere: cum his tamen pactis & con-
ditionibus: quæ prius fuerant inter nos unanimi uoluntate cōclusæ. Teq; hor
tor: ut hanca tuis saltem desideratam pacem: uelis & libentissima fronte susci-
pere: & beneficiorum communicatione perpetuam seruare: nos enim ex par-
te nostra hoc tibi uolumus esse pollicitum & constantissime obseruatū: quod
nulla unq; causa a tua beniuolentia decidemus: quoad ipsam uolueris nobis il-
lesam tenere. Vale.

C Regia inhibitoria.

R egia epistola inhibitoria est illa quæ scribit a principe ad aliquā psonā: uel publicā
uel priuatā: cui inhibere itēdit aliquid opus uel iā īceptū: uel quod p̄pedie iī-
piēdū suspicet: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

S i uoluerit princeps inhibitoriam epistolam ad aliquam personam uel publicā
uel priuatam scribere: cui inhibere uel itā liquid faciendum: uel quod iam fieri
cōceptum sit: illam similiter in partes tres diuidere debebit. In quarum prima
ponet nomen & titulos suos: secundum consuetudinem talium epistolarum.
In secunda uero: quod erit exordium epistolæ: declarabit se intellectisse: q̄ talis
persona: ad quam ipse scribit: uel iam īcōperit uel incipere uel itā liquid opus:
quod ipse princeps nullo pacto futurum intendit: & simul in hoc loco declara-
bit causam uel rationem aliquam ueram: aut saltem uerisimile: propter quā

ipse sit incitatus: ad tale opus inhibendum. In tertia autem inhibitionem ipsa ponet: uerbis breuibus & dilucidis: quæ proprie ad principem attinent: addendo regales minas: si a tali opere faciendo non destiterit: cum omni tamen modestia & humanitate: ne uideatur subito uelle in iram exire quod ad prudenter & sapientem uirum non attinet. & sic absolute finiet epistolam suam: addendo tamen diem & locum: quo datae fuerint litteræ.

Propositio.

I nhibeat p̄t̄fex maximus regi ferdinādo ædificationē cuiusdā castelli: in finiti mis.

Exemplum.

par*s*

I nnocentius episcopus: seruus seruorum dei, Illustrissimo regi appuliæ ferdinādo. Salutem & apostolicam benedictionem. Ex litteris uenerabilis fratri noſtri: cardinalis sancti petri ad uincula: de noſtro mādato: totius agri picoeni: gubernatoris & legati: nuper intellectimus: te munitissima quædam castella: in finitimis appuliæ terminis: uersus agrum picoenum: qui noſtræ ditioni subiaceat: contra pacta & conuentiones noſtras: ædificare uelle: quod se dicit ex multis nunciis iſthinc uenientibus intellectuisse. Et quia ut ſcīt serenitas tua huiusmodi castella quæ noua quapiam ædificatione eriguntur: & præſertim in illis locis: ubi maior posset dari occasio nocendi: ſemper in malum inducit homini ſuſpitionem: ideo nō poſſimus nō ſatis admirari te contra nos talia moliri. Quapropter rogamus serenitatem tuam: ut penitus a tali ædificatione defiſtat: ſi nobiscum uoluerit perpetuam pacem habere: quod ſi fortasse neglexeris: coacti erimus omnem iniuriā nostrā pro uiribus propulsare: cum præſertim uim ui repellere liceat. Sed bene confidimus: te talia eſſe facturum: quæ regiam personam tuam deceant: cui etiam nos offerimus omnem opera nostrā: in omnibus optatis libentissime paratam. Datae apud sanctū petrum: anno ab incarnatione dominica octogesimoſexto ſupra millesimum & quadrageſimum. Pontificatus autem noſtri: anno primo.

C Regia promotiuā.

R egia epiftola promotiuā eſt illa quæ ſcribitur a principe ad aliquam personam quam ad dignitatē quāpiam ſeu gradū promouere intendit: cuius quidem epiftolæ talis eſt regula.

Regula.

S i uoluerit princeps promotiuam epiftolam ad aliquam personam ſcribere: hoc dupliciter facere poterit: uno ſcilicet modo: quando ipſam epiftolam dirigit ad aliquam tertiam personam: cui mandat ut amicum: quempiam uel familiarē ad aliquam dignitatē promoueat: altero uero modo quādo: ad ipſam personam propriam ſcribit quam promouere intendit. Sed quocunq; modo fiat: illam in partes tres diuidet. In quarum prima ſecundum iſtarum epiftolarum conſuetudinem: apponet nomen: & titulos ſuos: cum breui ſalutatione. In ſecunda uero captabit beniuolentiam ab illa persona quam promouere intendit: ipſam ſcilicet laudando ab aliqua uirtute particulari: quæ

D ii

spetialiter in ipsa resulgeat:& dicens: q[uia] propter uirtutes suas ipsa mereretur: omnium fauorem acquirere. In tertia autem captabit beniuolentiam a persona propria: dicens: q[uia] propter istam causam ipse sit incitatus: ad porrigendum ei omnem fauorem & gratiam: & tunc subiungeret: q[uia] uacante nunc tali beneficio uel dignitate: ipse uoluerit eam tradere ipsi amico: quāuis non sit sufficiens uel æqualis ad eius uirtutes & conditiones remunerandas: offerendo tamen ei posthac omnem operam suam: ita q[uia] facile intelliget ab eo magni existimari & plurimi fieri.

Propositio.

P romoueat dux mediolanensis Franciscū ueturum: ad tincēsi pontificatū.

Exemplum.

par

I oannes galeaceus maria: de gratia dux mediolani: papiæ comes: ac genuæ dominus: Francisco ueturio: abbatii leonensi Reuerendissimo salutem: ac dilectionis affectum. Eximiæ uirtutes ac singulares quædam animi tui conditiones: quæ non obscuræ nec uario sermone: sed & clarissima & tua omnium uoce prædictantur: adeo diebus istis ad aures nostras gratissime aduolarunt: ut merito animus noster iam inclinatus sit: ad eū tibi fauore in oībus rebus & optatis tuis exhibēdū: quē unicuiq[ue] familiari ac domestico nō exhibēdum existimamus: iis enim mediis duximus uiros bonos ad uirtutē alliciēdos: qui cū uirtutū sua: aliqua se uiderint præmia cōsecutos: eo facilius ad meliora semper accēdātū. Quod ut apertius ista in te affectio nostra patescat: uacate nūc tincēsis pōtificatus sede: te præter oēs duximus huic pōtificio muneri p̄ficiēdū: ut hoc sit tibi animi nostri firmissimū monumētū. His igit̄ litteris nostris declaramus te huius ecclesiæ papiensis episcopū benemeritū: rogamusq[ue] ut hoc munusculū nostrū grato animo suscipere uelis: quis multo sit tuis meritis inferius. Sed post hac si dabis facultas: ut merita possimus uirtutibus tuis præmia cōdonare: senties pfecto: nos tati sapiētiā & doctrinā tuā existimasse: q̄ti ab oībus existimāda erat: cui etiam uolumus omnē operam nostrā: in omnibus optatis tuis esse paratam. Datae mediolani: in nostro ducali palatio: anno salutis. i4 87.

¶ Mixtum genus.

Caput. XX.

Ixtum genus est illud: quod fit: quotienscumq[ue] secundum diuersorum negotiorum exigentiam: in uno litterarum uolumine: diuersorum generum epistolæ continētur: & huius generis species sunt duæ: nā aut ex duobus generibus ē mixta epistola: aut ex pluribus.

Mixta

Ex duabus Expluribus

Mixta epistola ex duobus generibus: est illa: quæ duo tantum genera complectitur: uel etiam duas species: de iis: quæ superius expositæ sunt: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

S imixtam epistolam ex duobus generibus: uel duabus speciebus: ad aliquē amicum scribere uoluerimus: illā principaliter in partes duas diuidemus. In quæ

prima ponemus eam partem epistolæ scribendam: quæ magis nobis videbit esse necessaria. In secunda uero subiungemus illam: quæ minorem in se & minus necessariam causam habet. Sed tamen notare debemus: q[uod] in tali epistola mixta solemus in principio semper facere exordium hoc modo: c[on]sicilicet: si epistola fuerit principalis: & primo scripta ad amicū: declaramus ei tanq[ue] per exordium: q[uod] cum nobis multa & uaria ad eum scribēda occurrant: per has litteras uolumus eum de omnibus admonere. & tunc particulariter seruando ordinē omnium scribendorum: singula breuiter & dilucide exponemus. Si uero secūdaria fuerit epistola: & respōsiua: dicemus in principio: nos recepisse ab amico nostro litteras: quæ nobis gratissimæ fuerūt: & q[uod] ad omnia illa particulariter rescribemus: quæ videbuntur responsione digna: & tunc similiter per ordinē ad omnia respōdebimus. Si uero aliquid etiam nobis scribendum acciderit: ilud in fine epistolæ scribemus: offerēdo ipsi amico omnem operam nostram: in omnibus paratam: ut in aliis epistolis fieri consuetum est.

Propositio.

Scribat excusatoriam simul & domesticam epistolā ad curionem Cicero: ipsum de negotiis suis admonendo.

Exemplum.

Accepi abs te litteras Curio charissime: quæ licet mihi iucundissimæ fuerint: cū ex illis intellexerim: de tua tuorumq[ue] omnium salute: aliquid tamen molestiæ attulerunt: cum te uideam me negligentia criminis suspectum habere: q[uod] sciliicet: ut optabas: s[ed] p[ro]missas ad te litteras non dederim: & profecto: q[uod]q[ue] hoc mihi molestum sit: quia me sentio ab omni penitus culpa uacare: est tamen aliquantulum ex altera parte iucundum: cum hæc præsertim litterarum mearum expostulatio non paruum in me amorem tuum ostendit. Dabo igitur operam: ut quis neminem prætermiserim: quem quidem ad te peruenturum putauerim: cui littaras non dederim: te etiam hoc in scribendi genere expleam: præsertim si uidero officium meum abs te non uilipendi: Sed de litteris haec tenus. Scribis ad me ut de negocio tuo te certiore reddā: scias nos die noctuq[ue] labore rare: ut expediatur: sed est tanta aduersariog[ue] tuoq[ue] iniquitas: ut res semper sic ip[s]is cogentibus: in longum protrahatur: speramus tamen: ut demum iuncta ipsorum iniquitate: tuam sis dignitatem retenturus. Quod aut̄ scribis: ut ad te libros iuris ciuilis transmittam: faciam id equidem libentissime: sed quia propter hæc bella intestina: quæ adhuc sedata non sunt: nullus hinc potest nūcius tuto discedere: expectabis ad paucos dies: quo usq[ue] pax: quæ inter partes tractatur: ad conclusionem ueniat: tunc uoto tuo securius & melius satisfiet. Si quid est aliud: quod mea tibi opera prodeſſe possit: tuū est iubere: meū aut̄ mādata tua q[ui]libetissime exequi. Vale.

Mixta ex pluribus.

Mixta epistola ex pluribus est illa: quæ plura i se genera cōpleteſſit: uel plures diuerſas spes: cuius epistolæ talis breuiter est regula.

Regula.

Scribemus mixtam epistolā ex pluribus ad aliquā personā scribere: illam in

D iii

tot partes diuidemus quo' erūt genera: uel species epistolarum: ex quibus ipsa
erit composita: & tunc a maiore semper & maioris momenti incipiemus: per
omnia seruando regulam suam: prout in suo capitulo declaratum est: deinde
ad propinquam descendemus: deinde ad minorem: donec omnis rerum scri-
bendarum numerus compleatur: semper in omnibus seruando regulā suam:
sicut ī suo loco fuit superius definitū. Sed illud addere debemus: quod semper
est faciendū aliquod exordiū in tali epistola: per quod declaremus ea generali-
ter quæ scribere intendimus: uel saltē ut per ipsum demus aliquē ītroitum ad
ipsam epistolam cōponendam. In fine præterea epistolæ adiungimus oblatio-
nes cōsuetas: addēdo etiā: si nobis uidebis: expositionē alicuius negotii nostri:
quod ad ipsum amicū scribere intendimus: quæ negotia: nisi fuerint alicuius
magni momenti: sunt semper postponenda: quia amicōg̃ causæ sunt prius re-
citandæ: & expediendæ: q̃ propriæ: ut uideamur ipsorum negotia magis cor-
di habere: q̃ nostra.

Propositio.

Scribat cōsolatoriā simul: & grauē: ac domesticā epistolā ad pōpiliū marcus cu-
rius.

Exemplum.

paris

I ntellexi pompilicharissimæ ex amicōg̃ nostro litteris: quæ mihi diebus istis
reditæ fuerunt: patrem tuū: uig̃ optimū: ex hac uita decessisse: quod mihi p/
fecto tanto molestius fuit: q̃to mihi tu charior es: cuius ego existimo omnem
fortunam mihi esse cōmunem: hanc ideo calamitatem tanq̃ propriam existi-
maui: sed cum ex altera parte considero: q̃ bene natus fuerit: q̃ optime educa-
tus: quibus honoribus inter cæteros sui ordinis uiros sumptus: quā facilimor/
bo correptus: & dum tempus erat: ut naturæ concederet: q̃ sanctissimæ mor/
tuus: certæ nihil est quod doleā: imo uere potius decet: ut deo maximo gratiā
haheamus: qui prius illū tantis muneribus donauit: deinde placidissima mor/
te nō ad tenebras sed de tenebris ad lucem reuocauit. Sed his omissis ad ea ue-
niamus: quæ ad nos magis attinent. Scias diebus istis senatu nostro nunciatiū
fuisse: samnites maximū contra remp. nostram exercitum preparasse: ac quot
tidie in agrum nostrum incursionem facere. Vnde centuriatis comitiis cæle/
bratis: decreuerunt patres: ut contra hostes arma sumantur: eiq; rei pompeiu
nostrum præposuere: qui consilio: sapientia: & auctoritate nemini cedens facil
lime possit rem istam confiscere. Tu si me audies ex cumano tuo q̃primum in
urbem uenies: ne tumultuorio bello ingruente: aliquid damni patiaris. Q̃ uod
scribis: uta debitoribus tuis pecunias exigam: perficerem illud profecto liben-
tissime: sed in hoc tam graui tumultu: ne q̃ forensium causarum: neq; senato-
riæ actionis amplius locus est: quo usq; res ad aliquid melius tendant. Sed hoc
unum tibi audeo scribere: quod si te ad nos q̃primum cōtuleris: non solum pote-
ris priuatis: sed etiam publicis fortasse rebus non mediocre subsidium ferre:
quod ut facias te hortor: rogo: & moneo: tibi tamē nunq̃ defuturā operā meā
polliceor. Vale.

C Elegantie diffinitio ac regulæ: quæ ad superiores epistolæ faciunt. Libellus secundus.

E Legatia est uenusta uerbo & cōcinita: dulce auribus afferens sonū: cuius quidē generales regulæ sunt trigita. **R** egula. I.
Laudabitur illa oratio: quæ obliqua dicit: & a posterioribus incipiens dictionibus: in uerbum sepius: q̄ in aliā orationis partem finiat: ut Cæsar adeptus est monarchiam imperii summis uiribus: quod elegatius dicitur: summis uiribus imperii monarchiam Cæsar adeptus est. **R** egula. II.

C ommendabitur quoq; oratio quæ dictionem habeat uniuersalem affirmatiuam uel negatiuam in fine: uel aliquod insigne nomine: uel aduerbiū. Exemplū primi. Oes laudant ea: quæ uir bonus facit: quod uenustius dicitur. Quæ uir bonus facit: laudat omnes. Exemplum secundi. Ego neminem habeo: quæ magis diligat te: quod pulchrius dicitur. Quem te magis diligat: habeo ueminē. Exemplum tertii. Egregia sūt ea quæ scribis ad me: quod cōcinus est. Quæ ad me scribis: sunt egregia. Exemplum quarti. Ego omnia diligenter perfeci: quæ iussisti mihi: quod æloquentius dicitur. Quæ mihi iussisti: perfeci omnia diligenter.

R egula. III.

N omen adeiectiuū elegantius substantiuo præponitur: ut uirtus summa: imperium magnum: cōsilium utile: melius enim dicitur: summa uirtus: magnū imperium: utile consilium & huiusmodi. **R** egula. IV.

I nter adiectiuū & substantiuū semper aliquid est interponendū: ut maxima uirtus cæfaris summa laude semper extollēda est: quod elegatius dicitur maxima cæfaris uirtus summa semper laude extollenda est. **R** egula. V.

Q uotienscunq; ab apposito alicuius uerbi secūdarii oratio incipiat: quod subito relativum sequatur: elegantius inter relativum & antecedens secūdarium uerbum ponitur: ut Aeneum pompeū: qui romanorum auxit imperium: summopere diligo. Venustius enim dicitur: Aeneum pompeium summopere diligo: qui romanum imperium auxit. **R** egula. VI.

S i fuerit relativum in obliquo casu positum: uenustius antecedens: in relativiū casu positū postponetur: ut: Virtutes quibus ab ineunte ætate studiisti: immortalitati nomen tuum commendabunt: quod elegantius dicitur. Quibus uirtutibus ab ineunte ætate studiisti: immortalitati nomen tuum immoendebunt. **R** egula. VII.

Q uando est aliquid substantiuum cum præpositione aliqua iunctum: quod sit de natura præcedentis uel subsequentis clausulæ: præpositionem in relativū uertimus: & uerbum substantiuum adiungimus: ut pro tua humanitate multa in me beneficia contulisti: quod elegatius dicit. Quæ tua humanitas est: multa in me beneficia contulisti: & sic in cæteris. **R** egula. VIII.

S æpius relativū: quod uerbo primario additū est ad secundarium trâsseremus: D. iiiii.

ut cicero: qui eloquentissimus fuit: cæteris oratoribus in dicendo præstitit: quod elegantius dicemus: Cicero eloquentissimus fuit: qui cæteris oratoribus in diendo præstitit.

Nona regula.

Si aliquod habuerimus uel nomen uel adverbium insigne: elegantius illud cū quidem uel idem pronomine postponemus. Exemplum primi. Marcus tullius orator singularis fuit: quod uenustius dicitur. Marcus Tullius orator fuit: & quidem singularis. Exemplum secundi. Quæ mihi iussisti: omnia libenter perfeci: quod eloquentius dicitur: Quæ mihi iussisti: omnia perfeci: & quidem libenter.

Decima regula.

Sicut in mediocri stilo dicendi: a re nuda prius incipere oportet: deinde illa exornare. Sic in stilo graui: ab exornatu initiu sumere debemus. Exemplum primi Pompeius omnium romanorum: tum armis: tum consilio facile princeps fuit. Exemplum secundi. Omnium romanorum: tum armis: tum consilio: facile princeps magnus Pompeius fuit.

Vndecima regula.

Genitiuus casus semper cæteris præponitur: ut consilium optimi uiri: quod elegantius dicitur. Optimus uiri consilium.

Duodecima regula.

Si gerundi uerbum habuerimus cū suo apposito: appositum illud in gerudiis casu ponemus: ac ambo inuicem concordabimus: ut ueni gratia amandi uirtutem: quod uenustius dicitur: ueni amadæ uirtutis gratia.

Tertiadecima regula.

Si fuerit aliquid relativum inter duo substantiua: illud potius cum sequenti: q̄ cum præcedenti concordamus: ut: Est locus in carcere: quod tullianum appellatur.

Quartadecima regula.

Si idictionis alicuius significatione augere uolumus: positivo per aut per quam: comparatiuo longe: superlatiuo autem q̄iungere debemus. Exemplum omnium. perbeatus uel perq̄beatus fuit cæsar: sed lōgebeatorius augustus: q̄beatissimus autē traianus.

Quintadecima regula.

Nomina græca tertiae declinationis: si peritto syllabica fuerint ad secundam declinationem referuntur: ut delphin delphinis: delphinus delphini: elephas elephantis: elephantis elephanti.

Sextadecima regula.

Si aliquod adiectiuum habuerimus: significans laudem uel uituperiu: utile uel inutile: illud potius in datiu substantiui uertemus cum sum es est: Ut uirtutes sunt mihi iucunditati.

Decimaseptima regula.

In rebus paribus: tum uel & geminatum ponimus: in imparibus uero: cum & tum: sed leuius præponitur. Exemplum primi: Cicero tum laude: tum tereti scietia ualeat. Vel æneas & fortis & pius fuit. Exemplum secundi: Cæsaré plurimum ualuisse: cū populus: tu senatus affirmat.

Deciaoctaua regula.

Si aliquam personam aut laudare aut uituperare uoluerimus: id trifariam facere poterimus: aut cum genituo: quod magis poeticum est: ut marcus cato uir est magna uirtutis: aut cum nominatiuo & ablatiuo: ut Marcus cato uir est magnus uirtute: aut cum ablatiuo solo: ut marcus cato uir est magna uir

tute.

Sæpenumero uerbum in finitum uertemus in participium tam ablatiui q̄ ac-
cusatui casus: si uerbum aliquod præcedat. Exemplum primi: Mihi opus est
consulere: quod melius dicitur: mihi consulto opus est. Exemplum secundi:
Bonam tibi fortunam inuenire curabo: quod uenustius dicitur: Bonam tibi
fortunam inuentam curabo.

Decimanona regula.

Cum adiectiuum & substantiuum: in eodem casu posita acciderint: substanti-
uum in genitio casu ponemus: adiectiuum uero in eo casu: in quo poni de-
bet: sed in numero singulari & genere neutro locamus: ut multa pecunia: pa-
ua sapientia: aliquas litteras: quod melius dicitur: multum pecuniæ: parum sa-
cientiæ: aliquid litterarum.

Vicesima regula.

Cum duobus substantiis idem adiectiuum ad iici debeat: adiectiuum in princi-
pio orationis collocamus & substantio cum & uel tum geminato postponi-
mus: ut Cæsar fuit magnus uir & magnus imperator: quod ornatus dicitur:
Cæsar fuit magnus & uir & imperator.

Vicesimaprima regula.

Cum adiectiuum & substantiuum simul fuerint: quorum substantiuum: ab ad-
iectiuo formatum: fuerit diuersæ significationis a primo substantio: in duo
sunt potius substantia transferenda: ut Cauendum est: ab honestate natura-
li discedamus: quod melius dicitur. Cauendum est: ab honestate naturæ di-
scedamus.

Vicesimatercia regula.

Cum gerundiuum accusatiæ uocis habuerimus potius illud in supinum ablati-
uæ uocis transferemus: ut. Hoc est mirabile ad uidendum: quod elegantius di-
citur: hoc est mirabile dictu.

Vicesimaquarta regula.

Si aliquod superlatiuum durius acciderit: pro eo positiuum ponemus: ac ei ad-
uerbiu superlatiuū addemus: ut necessariissimus: quod elegatius dicimus:
maxime necessarius.

Vicesimaquinta regula.

Si aliquem maximopere laudare: uel uituperare uoluerimus: laudationis uel ui-
tuperationis causam in genitio constituemus: ac huiuscemodi nomina: splen-
dorem: fulgorem: gloriam: uel laudem: uitium: facinus: crimen: aut scelus: ad-
demus. Exemplū primi. M. antonius plurimum æloquentia ualuit. quod me-
lius dicitur: Marcus antonius plurimum æloquentiæ gloria ualuit. Exemplū
secundi: Lucius catilina coniuratione damnatus est. quod elegatius dicitur: Lu-
cius catilina coniurationis scelere dānatus est.

Vicesimasexta regula.

Quotiens nomina singularis: uel pluralis & singularis numeri connectuntur: ui-
ciniō semper respondendum est. Si uero pluralis numeri fuerint: ad nobilius
transendum erit. Exemplum primi: Cæsar resq; publica romana merito Pō/
peio infesta fuit. Exemplum secundi: Exercitus nostri romanorumq; turmæ
turpiter fugati sunt.

Vicesimaseptima regula.

Non nunq; comparatiua pro positius ponuntur: ut uehementius pro uehemē-
ter. & səpius pro səpe.

Vicesimaoctava regula.

S ubiunctius modus elegantius pro indicatio ponitur. ut uelim pro uolo, se
cerim pro feci.

Vicesima nona regula.

Si uerbum subiunctuum habuerimus: cu quod coniunctione: ea remota: elegan
tius illud ad infinitum reducemos: ut gaudeo: quod tribunitia potestatem co
secutus fueris: quod melius dicitur, Te tribunitia potestatem cōsecutum suis
segadeo.

Trigesima regula.

Cum aliquid adiectiuum exornare uoluerimus: proferemus illud per suum op
positum: addita negatione. Ut cicero fuit litterarum peritus: quod elegatius dici
tur. Cicero fuit haud nescius litterarum.

Tituli: unicuique personae ordini tribuēdi: secundū eaque cōditionē. Libellus tertius.
Itulus est epithetū unū uel plura: quæ tā in epistola frōte: q̄ itergo:
unicuique personae cōditioni accommodari solēt: quoque regulæ sūt dece
& octo.

Ad summū pōtificē. Regula. I.

Pontificē: maximū: sumū: romanū: dominici gregis pastore: sacro
antistite christiani cultus moderatorē: christiani nominis uexillifera
rum: patre: diuū: clementissimū: sanctissimū: tuū: beatissimum: amplissi
mum: pientissimū: q̄ dicemus. Cui talē in littera frōte titulū dari licebit. Di
uo paulo secundo: dominici gregis pastori pientissimo: romanæq̄ basilicæ pō
tifici maximo optimo: p̄. In epistolæ autē medio: eius clementiam: sanctitatem:
beatitudinem: amplitudinem: pietatem: q̄ appellabimus.

Sūmus autē pontifex minores quo scūnq̄ pontifices fratres. reliquos autē filios
per litteras publicas appellabit. Vnde ad pōtifices scribens inferiores sic in lī
frage fronte p̄fā. Paulus secundus: diuino dei nutu ouilis dominici custos designa
tus: dilectis fratribus: germanis episcopis: salutem & apostolicā benedictionē.
Cæsarē uero sic aggredieſ. Paulus secundus: diuina dispositiōe: christiani cultus
moderator: dilecto filio Federico tertio: rhomanorū imperatori: augusto: sau
stoq̄ salutem & apostolicam benedictionem.

Scismaticos autē gentilesq̄ huiuscmodi titulo salutabit. Paulus secundus de i
gra christianæ plæbis antistes: Mahumeto Turcorum regi maximo: sanioris
mentis spiritum: rectiusq̄ consilium exoptat.

Ad minores pontifices. Regula II.

Pontifices minores: cardinalē: p̄iarchā: archiep̄ni: episcopū: prothonotarium:
abbatēq̄ appellabimus: quibus hos titulos adiiciemus. Pōtificē nāq̄ minorē i
partē dominicigregis ascitū: amplissimū: uenerandissimū: obseruandissimū:
pietissimūq̄ dicentes: talē in epistolæ frōte: si cardinali scribēdū erit: titulū
assignamus. Petro Fuscaro: titulo diuini coleos: cardinali pontifici: p̄i p̄ietissi
mo obseruandissimoq̄. In epistolæ autē medio eius amplitudinē: obseruatiā:
præstantiam: pietatemq̄ appellabimus.

Si p̄iarchæ autē aut archiep̄o: uel episcopo scribere uoluerimus: sic in lī
terum frōte dicemus. Laurētio zani antiocheno p̄iarchæ obseruadissimo: patri nō

mittis pientissimo: q̄ uenerando. In epistolæ autē medio eisdē ferme & superi
oribus titulis utemur.

P rotonotariū uero in līaḡ tergo sic aggrediemur. Petro Dandulo: Rhomanæ
basilicæ protonotario: nō minus accuratissimo: q̄ fideli: domino singulari.

A bbates præterea & reliqui sacerdotes tali in epistolaḡ tergo sunt titulo deco
rādi. Petro Cornelio diuī Frācisci cœnobitaḡ antistiti: & religioso: & optimo.
Itē. Petro nigro: diuō iuliano dicatæ ædis antistiti: flamini pientissimo: opti
mo q̄. In epistolæ aut̄ medio reuerētiā: dignitatē: paternitatē: appellabimus.

Ad Cæsarem.

Regula. III.

R homano: imperatorē: diuū cæsarē: cæsareā maiestatē: christianæ reipu. tuto
ré: uexilliferḡ: triūphatorē: patrē patriæ: augustū: inuictissimū: faustissimū: pi
entissimū: dicemus. Cui tales i epistolaḡ tergo tituli tribuunt. Federico ter
tio: diuino afflante spiritu: rhomano: imperatori cæsariq; augustissimo fau
stissimo q;. In epistolæ uero medio maiestatē: serenitatē: amplitudinē: potesta
tem: celsitudinē: appellabimus.

Ad regē uel minorē principē.

Regula. IIII.

R egē: ducē: principē quoq; ac comité: regiæ uel ducalis celsitudinis siue dignita
tis decus: heroicæ cultorē uirtutū: principatus ornamētū: regi culminis splé
dorē: & unicū firmamētū: christianissimū: potētissimū: magnificētissimū: ma
gnanimū: fortissimū: iclitū: fœlicissimū: serenissimū: illustrissimū: appellabi
mus. Cui tales in epistolaḡ tergo titulos adiiciemus. Karolo triplicis galliæ re
gi christianissimo: regi: culminis splédoni serenissimo: illustrissimo q;. In epi
stolæ uero medio maiestatē: serenitatē: celsitudinē: potentia: amplitudinē: ma
gnanimitatē: fœlicitatē: dicemus.

Ad equitē aureatū.

Regula. V.

E quitem equestris ordinis uirum: militiæ decus: reipu. columen: patriæ spem
amplissimam: fidissimamq;: splédidissimum: generosum: excellentissimum:
clarissimū: inlytum: magnanimū: potētem: fortem: strenuissimumque dice
mus. Cui in litteraḡ tergo hos titulos tribuemus. Bernardo Iustiniano splen
didissimo equestris ordinis uiro: patritio ueneto: militiæ decori: reiquepubli
cæ firmamento. In epistolæ uero medio splendorem: generositatem: excelle
tiam: claritatem: strenuitatemque appellabimus.

Ad Patricium.

Regula. VI.

P atrium senatorii ordinis uirum: senatorem: magnificum: spectatissimum:
nobilem: generosum: ornatissimum: clarissimum: insignem: spectabilem: in
tegerrimū: prudētissimū sapiētissimū: dicemus: cui in epistolaḡ tergo hos ti
tulos dare licebit. Ioanni Fuscarenō patricio ueneto senatoriū: ordinis uiro
integerrimo optimo que. In epistolæ uero medio magnificētiā spectabilitatē
nobilitatē: generositatē: claritudinē: integritatē: prudētia: sapiētia: dicemus

I llud quoque annotatione dignū censemus: non tantum patricios: uerum &
consulares quoscunque uiros urbiū præfectoros: consules: pconsules: prætores

honoratis fascibus decoratos: necnon & cæteros magistratus: his plerunq; ti/
tulis non absurde salutandos: ut superius diximus.

Ad plebeios.

Regula. VII.

P lebeios uiros tripartitos reperimus: aut enim maiores sunt: aut medioximi:
aut minores.

Maiorē plebeiū. spectabilē sapientē. præstantē. præcipuū singularē. officiosū. cōsu/
matū uig. itegerrimū. ornatissimū. beneficētissimū. spectatissimūq; dicemus.
Cui in epistolā tergo tales titulos adiisciems. Iacobo philetio. plebei ordinis
uiro præcipuo ac singulari. In epistolā uero medio: spectabilitatem. sapientiā.
præstantiam. integratatem. beneficentiamq; appellamus.

Medioximū plebeiū. egregiū. prudentē. humanissimū. benignissimū. pbissimūq;
dicemus. Cui in litterā tergo tales titulos dabimus. Hieronymo malatheno.
plebei ordinis uiro humanissimo. pbissimoq;. In epistolā uero medio. prudē
tiā. humanitatem. benigitatem. probitatemq; appellabimus.

Minorē autē plebeiū. discretū. moratū. idustriū. solertē. exptū. diligētissimūq; uig.
obsequētē. accuratū. fidelissimūq; dicemus. Cui in epistolā tergo tales titu/
los tribuenius. Antonio pecino. architecto. uiro tā idustrio. q; accurato. In epi/
stolā uero medio. idustriā. solertiā. diligētiā fidēq; dicemus.

Ad studiosos uiros. & primo ad theologum.

Regula. VIII.

S tudiosos uiros oēs appellamus. quos cuicūq; scītiae deditos scimus. quoq; titu/
los per ordinē suisq; locis ordinabimus. Et primo de theologis. Theologū igī.
diuinag. humanarūq; rege interpretē. sacrā litterāg. cultorē. sacrae pagināe p/
fessore. diuinī cultus moderatorē. diuināe uolūtatis expositorē. sapiētissimum.
eximiu. excellētissimū. diuinūq; dicemus. Cui tales in litterā tergo titulos da
bimus. Paulo pergulēsi. sacrāe pagināe pfessori. tā sapientissimo. q; diuinissimo.
In epistolā uero medio. sapientiam. excellentiamq; dicemus.

Ad iureconsultum.

Regula. IX.

I ureconsultum diuinag. humanarūq; rege interpretē. pontificiū uel cæsarei
iuris doctorem. uel loritam. diuini. uel humani iuris moderatorē. utriusq; iu/
ris pfessore. iureconsultog. cōsultissimū. sapiētissimū. optimū. eximiu. excellē
tissimū. æquissimū. itegerrimūq; dicemus. Cui in epistolā tergo tales titulos
dabimus. Alexádro neuo. diuinag. humanarūq; legū iterpti. tā excellētissimo.
q; æquissimo. In epistolā autē medio. sapiētā. pbitatē. excellētā. æquitatē. inte/
gritatēq; dicemus.

Ad medicū

Regula. X.

Medicū. humanæ salutis moderatorē. auxiliatorē. tutorem conseruatorē. reme/
diūq; medicæ artis professorem. morborū curatorem. ægritudinum propul/
satorem. accuratissimum. promptissimum. expertissimum. diligentissimūq;
dicemus. Cui tales in epistolā tergo tituli assignantur. Gerardo ueronēsi. me/
dicæ artis professori. tam accuratissimo. q; doctissimo. Sed in epistolā medio.
sapientiā. excellentiam. doctrinamq; dicemus.

Ad philosophum dialecticum.

Regula XI.

Philosophum sophiae filium: naturae exploratorum: causarum speculatorum: sapientiae amatorum: filium sapietissimum: modestissimum: excellētissimum: grauissimum: acutissimum: speculatorum dicemus. Cui in epistolam ergo tales titulos trademus. Antonio Cornelio philosopho excellētissimo: naturaeque exploratori non minus accurato quam acutissimo. In epistola autem medio sapientia: modestia: excellētia: grauitatem: speculationem: acumenque dicemus.

Ad mathematicum.

Regula XII.

Mathematicū arithmeticā: uel geometriā: uel sideralis scientiā: professorē: satorū expositorē: diuinī numinis cōsciū: siderum speculatorē: phætōtāi cursus exploratorē: uel imobilis magnitudinis metitorē: uel discretā quātitatis supputatorē accuratissimum: subtilissimum: acutissimum: prudentissimum: perspicacem: excellētissimum: diuinū: sapietissimumque dicemus. Cui tales in epistolam ergo tituli assignantur. Dominico bragadeno mathematicā artis professori non minus accuratissimo quam doctissimo. In epistola uero medio acumē: subtilitatē: prudētiā: sapiētiā: excellētiā: spicacitateque dicemus.

Ad musicū uateque.

Regula XIII.

Musicū uateque eisdē ferme titulis decoramus: cælestis armoniæ imitatorē appellantes: pieridum filium: musarum alumnū: apollini sacratum: thesipladum choro dicatum: hippocrenidum choro sacratum: pegasidū amicū: libetridū cultorē: pegaseo liquore saturatū: lauro īsignē: pallida decoratū hædera: pirenæo fonte portū: castalii fontis domesticū: parnasii fluminis non ignare: cephis gurgitis uel fluminis non excepte: haiconiæ rupis accolā: parnasii nemoris exploratorē: cyrrhæ iugi non alienū: aonii mōtis habitatorē: phœbæi numinis iterptē testudinæ lyræ moderatorē: nouenagæ sororæ decantatorē: parnasianæ ædis ciue: sacrū: diuinū: elegatissimum: facūdissimum: suauissimum: iucūdissimum: ornatissimum: canoræ: sonoræ: argutū: decētissimum: celebratissimum: expolitissimum: altisonū dulcisonū mellifluūque dicemus. Cui in epistolam ergo tales merito titulos tribuemus. Ioāni mario Philepho musæ cultori tam ornatissimo quam elegati. In epistola uero medio diuinitate: elegatiā: facūdiā: suauitatē: ornatū: integritatē: nobilitatē: excellentiāque dicemus.

Ad oratōrē.

Regula XIV.

Oratōrē forēsū causarum tutorē: latini eloquii moderatorē: pedestris orationis de cus: patriæ linguae unicū splendorē: reip. cōsultorē: sanctarū legū asservatorē: canorā uirtutis tubā: romanæ linguae decus: facūdissimum: disertissimum: eloquētissimum: elegatissimum: limatissimum: expolitissimum: amantissimum: copiosissimum: grauissimumque dicemus. Cui in epistolam ergo tales titulos dabimus. Benedicto Brognolo oratori facūdissimo: romanæque linguae moderatori disertissimo eloquētissimocque. In epistola uero medio facūdiā: elegatiā: eloquētiā: grauitatē nobilitatē: præstatiā: excellētiā: integritatēque dicemus.

Ad grammaticum.

Regula XV.

Grammaticum reipublicæ litterariæ columnæ: latini sermonis exploratorem: humani studii principem: lñfariæ discipline moderatorem: auctore poetarūq; iterptē humani codicis expositorē: latinæ originis exploratorē: humanissimū: accuratissimū: disertissimū: ornatissimū: copiosissimū: doctissimūq; dicemus. Cui tales in lñfrage tergo titulos dabimus. Pōponio romano: utriusq; lingua moderatori: tā humanissimo: q; ornatissimo. In epistolæ aut medio: humanitatē: elegantiā: eloquētiā: doctrinā: excellētiā: nobilitatē: præstatiā: itegritatēq; dicemus: seu appellabimus.

Ad scholasticū.

Regula XVI.

Scholasticū quēq; de uirtute benemeritū: lñfariæ disciplinæ dicatū: utriusq; uirtutis floribus ornatū: lñfariæ haud exptē: bonaq; artiū studiosissimū: eruditū: doctū: studiū decus humani dicemus. Cui tales in epistolæ tergo titulos dabimus. Iacobo cōtareno: utriusq; uirtutis cultori: tā studiosissimo: q; accuratissimo. In epistolæ uero medio: humanitatē: elegantiā: eloquētiā: doctrinā: excellētiā: nobilitatē: p̄statiā: itegritatēq; dicemus.

Ad cognatos.

Regula XVII.

Pater: filiū: uel nepotē: charissimū: dulcissimū: piētissimū: dilectissimū: lñepidissimū: suauissimū p̄ appellat. Filius aut: p̄fem: uel patruū: honoradū: obseruadū: pientissimū: pb̄ssimū: humanissimū: ueneradū: colendūq; dicit. Quibus tales in epistolæ tergo tituli tribuunt. Filius ad patrem. Petro Cornelio patri suauissimo pientissimo p̄. Pater uero ad filiū. Ioāni Cornelio filio charissimo suauissimo. p̄. In epistolæ autē medio pater ad filiū: pietatē: charitatē: amore: beniuolētiāq; appellabit. Itidem filius ad patrē: sed paternitatē: obseruantia: dignitatē: pbitatēq; dicere solet.

Ad foeminas.

Regula XVIII.

Foeminā castitatis decus: pudicitiae exēplū: honestatis speculū: pudicissimā: caſtissimā: integrerrimā: honestissimā: primariāq; dicemus. Cui in epistolæ tergo tales titulos dabimus. Lucretiæ corneliae foeminæ primariæ integrerrimæq; In epistolæ uero medio honestatē: pudicitiā: castitatē: integritatēq; appellabimus. Illud aut sciendū est: q; foeminæ uiroq; suoq; titulis decoradæ sūt. Proinde ex superioribus secundū rei personæq; exigentiā: non tantū in hoc sexu: ueq; etiā in altero: uir accuratissimus quisq; ex se poterit condecentes titulos assignare: & maxime quia multi sunt: quibus diuersi sunt attribuendi tituli: propter uariam eorū conditionem.

Peroratio.

Iam annuente deo: magnifice Iacobe: ad peroptatū finem deductū est opus nostrū: quod eo libentius perfeci: q; & illud magnificientiā tuā maxime peroptare intelligebā: & plerosq; etiā huius nouæ artis meæ pcupidos uidebā: quibus omnibus satissaciēdū esse duxi: & tibi præcipue: quem ego & amo & mirifice obseruo. Nam cū tua in me beneficia memori mente reuoluo: quibus me nō solum exacto tempore assidue afficisti: sed etiam quotidie afficere nō desinis: semper considero quonā potissimū pacto tuæ possim uoluntati morē gerere. Et mihi pfecto gratissimū iucundissimūq; semper accidit: quicquid pro tua dignitate etiam cū maximo labore meo reddere possum, Nec id quidem iniu-

ria, quam enī magis magisq; indies emollior: ut tecum beneficiis certare pos sim: tu magis magisq; adeo respondes: ut me semper benignitate ac liberalita te & munificentia a te uictum esse fatear necesse sit. Et merito illud poeticum signum in te cōpleri uideo: q; illi simplicem dicunt charitem duplices semp forores remittere solitam. Tu enī nunq; unicā euphrosinē meā recepisti: qn illiæglen thaliamq; cū sūma beneficentissime remiseris. Hic ortum est: ut nō ego solū: qui inter cæteros oratores siue poetas minimus sum appellādus: sed & cæteri quoq; oēs: qui tuā hanc liberalitatē agnoscant: quotidie meditentur quibus potissimū sis muneribus afficiendus. Suscipe igitur lāeto uultu exhibi lariq; facie quæ tibi munera damus. Et fac ut nostri memor sis: qui maximo cupimus ardore: ut aliquando intelligas: hanc tibi etiam animam nostram p/ petua seruitute dicatam esse. Vale.


Iacobus geroldus styrus: Cnitfeldensis: bonarū artium doctor: ac patauinæ academiæ moderator: Excellentissimo doctori: Francisco nigro: Veneto tam oratorum q̄poetarum principi: fœlicitatem.


Ex cogitabam mecum ipse diebus istis: Francisce charissime: quonā potissimū pacto tibi possem: si nō maiores: pares tamen pro tantis in me beneficiis tuis grās referre. Nam agere quidē satis posse cōfidebā: sed non in uerbis consistit humanæ societatis cōseruatio: ast potius in beneficioꝝ multoꝝ uicissitudine. Et profecto nihil reperire poterā præstantia dignū: ex quo intelligeres animū meū tibi esse gratissimū. Sed cum in hac diutius dubitatione manerem: sup uenit etiam præstatiſſimū opus tuū: mihi nuperrime dedicatum: in quo tam facundissime: tāq; copiosissime nouā epistolag; cōponendag; arte inuenisti: ut nequeam pfecto illā uel satis mirari: uel etiam satis cōmendare. Vnde si prius mens mea dubia erat: quo pacto possem pro tatis in me beneficiis tuis tibi pa res gratias reddere: nunc multo magis dubia relinquit: nec penitus scio: quē admodū possim tanta beneficia etiā sūma animi mei gratitudine cōsequi, nā nō est ad diuinæ huius beneficentiae tuæ laudē: a mea remuneratione aliqua uel par uel similis cōparatio. Hæc enī fluxa & uana: illa uero stabilis & imortalis: & ideo non nisi ab imortali corpore exequenda. Proinde hoc est ad animū deserēdū quod suū erat corporis pfectere. Aius igit̄ q p se imortalis est & diuinus: quod corpus tibi nec agere nec referre potest: illud perpetua ac memori mente semper habere pollicet. Tibi igit̄ Francisce charissime: præter hanc im mortale apud me tui memorī: si quid est quod mea opera uti uolueris: tuū est præcipere: meū autē iussa tua q̄libentissime exequi. Vale.


Opusculum hoc de scribendi epistolas ratione q̄diligentissime emendatū: Arte & impensis Boneti Locatelli Bergomensis: Impressum est.


Anno dominicæ incarnationis. M. CCCC. LXXX. Quinto Idus Septēbres, Venetiis.











Expositiuā epistola historiæ est illa: quæ ad aliquem amicū scribitur: pro admonitiōe alicuius rei gestæ: de qua uolumus ipsum certiorem reddere: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si expositiuā epistolā historiæ ad aliquē amicū scribere uoluerimus: quē uolumus certiore reddere de aliqua re gesta: & noua: illā similī in tres partes diuide mus. In q̄b prima beniuolētiā captabimus a persona nostra: declarātes: q̄tū sīmus īclinati ad scribēdū ipsi amico de rebus nouis: quæ uel ī rep. uel priuata ac cidūt: q̄uā maxime ītelligamus ipsū esse percupidū haḡe rege ītelligēdā: & præcipue cū hoc sit boni ciuis officiū: ut uelit s̄epius admoneri de rebus illis: quæ in rep. uel in ciuitate accidunt. In secūda uero breuiter dilucideq; narrabimus re iplā: de q̄ uolumus ipsū amicū reddere certiore: aut si res illa sit publica de pace: uel bello: aut de rebus in senatu gestis: aut sit priuata de negotiis ad alterg n̄m pertinētibus: uel de salute & euētu rege n̄fage: put nobis uidebis esse scribendū circa nouitatē & uicissitudinē rege ac tépog. In tertia aut̄ dicemus: hæc fuisse quæ ad ipsū amicū: scribēda esse uidebant: & in hoc loco offeremus eidē amico nō prætermittere laborē aliquē ī scribendo de reliquis rebus quæ post hac euenient dūmodo possimus ipsi rem gratā facere. Cui etiā offeremus opērā n̄fam in oībus accōmodatā.

Propositio.

Exponat Átonius bruto: bellū īdictū parthis cui prefectus sit designatus Cicero.

Exemplum.

Sicio Brute charissime: q̄ cupidus sis res istas ītelligēdi: quæ hac in rep. nostrage runf: cuius cū optimū membrū te esse cognoscas nō potes ab ipsa diu abesse: quod si fortasse etiā tibi ab esse cōtigat: nō pōt cor tuū aliquo pacto cōquiesce re: nisi per amicorū tuorū l̄ras crebro certior fias de eius statu: quod cū ego sic esse ītelligā: ut tibi gratificarer: cui in p̄cipua quadā dilectōe cōiūctus sum: deliberaui id ad te scribere: quod potissimū diebus istis euenit. Dū enim in senatu pulcherrime staremus: redditæ sūt ex anthiochialitteræ: quibus significabat: parthos: in agrū cilicū īcursionē fecisse: oīaq; indies penitus deuastare: quod cū ītellexisset: senatus subito decreuit: ut singulifnias rogarent: eset ne bellū parthis īducendū: an potius cū eis pacē ieuā: quia nō sine magno reip. dispendio uidebas illis posse obsisti: super qua re cū multæ uariæq; esent patrū sniā: rādē liberatū est: ut parthis bellū indicere: eiq; rei q̄a nemo uidebat: nec sapia grauior: nec fide maior: qui tāfā posset p̄uītiā sustinere: Marcus cicero p̄fectus est: iā p̄ei exercitus: arma cōmeatus decretus. Vnde expectamus: infra paucos dies: eupatorē ipsū ex urbe ad expeditionē suā p̄fectus. Tu īterim deos exora: ut his faueat īceptis: quo resp. nostra nō solum seruet sed etiā mirifice augeat. Hæc sunt quæ diebus istis hoc in senatu gesta sunt de quibus te putauit certiorē faciendū. Siqd p̄terea acciderit: quod sit notatōe dignū: faciā te de oībus s̄e plissime certiore: cui etiā oēm operā meā offero: ī oībus tuis optatis q̄libentissi-

C Expositiuā notitiā.

Expositiuā epistola notitiā est illa: quæ ad aliquem amicū scribit: quem certiorē reddere uolumus de cōditione alicuius personæ: quā ipse scire desiderat: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

Si expositiuā epistola notitiā ad aliquē amicū scribere uoluerimus: cui cupimus declarare cōditionē alicuius p̄sonæ: quā ipse scire desiderat: illā silī ī tres partes diuidemus. In q̄b prima beniuolētiā captabimus ab ea p̄sona: ad quā scribimus: declarātes q̄ ex quo ex Iſis eius itelleixerimus: ipsū scire desiderare cōditionē tūc uiri: fuerimus ualde diligentes in ea p̄quirēda: & q̄ tandem itelleixerimus oībus ecūq; circa negocīū istud erāt ītelligēda. In secūda uero breuiter & dilucideq; narrabimus ea: quæ scribere ītēdimus: aperiētes particulariter oēm cōditionē tūc uiri uel etiā illius rei: cuius ipse amicus ad quē scribimus notitiā h̄rē uoluerit: Quod si forte de nobis ipsis alicui notitiā dare uoluerimus: p̄termis̄ p̄lā p̄tā partē. capiemus beniuolētiā a nobis ipsis nos excusādo: si aliqd de nobis diuīsimus: quod tamē dicemus facere nō ex arrogātia: sed solū ut p̄sonā ignotā. aperiāmus: qui eā scire desiderat: & tunc q̄to modestius poterimus: conditōē n̄fam narrabimus: ut ab amico noscamur. In tertia aut̄ dicemus: hæc fuit: quæ de tali uiro uel tali re ītelligere potuerimus: & q̄ si alia p̄ ipso amico uere possumus: parati sumus ad oīa eius optata: cui etiā offeremus operā n̄fam: in oībus libentissime paratā.

Propositio.


Exponat Cicero: s̄e Cæsar conditionem appollonii rhodii: oratoris: cuius ipse notitiā habere dicit.

Exemplum.

Nihil est tā arduū pars ī difficile mi Cæsar quin illud libētissima frōte subire: ut tibi rem gratā face: quia sic me cogit amor singularis & eximius: quo in te affe ctus sum: sicut me q̄dū maxima p̄clarissimaq; beneficiata: quibus & an tea semper me curasti: & idies cumulare nō desinis. Petis a me ut omni dili gētia exploratā apōlonii rhodii cōditionē ad te scribā: feci id sedulo: teq; de his quæ scire cupis: cerēdo. Est. n̄. is apollonius: quē tu scire desideras: uir oīum iudicio singu: qui nō tātū in oratoria facultate: quā ipse manifestissi me p̄sitef: sed etiā in philosophia nō mediocre sibi nomē cōparauit: ex rhodo nāq; cū p̄ximis diebus in hoc atheniēse gymnasiū cōmigrauerit: quia ne minē reperiuit: qui rhodica īstituta diligēter enodaret. a philosophia ad istā pedestre orationē se coadūpet: in qua tantā p̄fecto studentibus utilitatē adiecit: ut uidere facile uidear: palladē ex cerebro iouis natā: ī hāc urbē descēdisse Plura de hoc hoīe ad te reponsem: sed ex alii etiā plura ītelligere poteris. Hoc unū addo: q̄ si tales oratores in urbē euocaueris: nō priuatæ solū: sed pu blica etiā utilitatē non paup̄iles. Si quid est p̄terea quod me tibi obsequi cupis: iubreas: ecce mie ad oībus uota tua libētissime paratū. Vale.

C Gratulatoriuā.

Caput X.



MURKIN

EPICURE

LAKE

LUGG